Q. D. B. V.

DE

PROTECTORIIS CÆSAREIS,

Von der Röm. Kays. Majest. Schutz- und Schirm-Brieffen/

DIATRIBE JURIS PUBLICI, QUA

Natura, constitutio & effectus eorum acromaticâ methodo strictim exponuntur, & Adjunctis Practicis variis à Num. I. usque L. illustrantur.

Operâ

JOHANNIS BURCHARDI ROSLERI,

Consiliarii Aul. & Regim. Saxo-Coburgiaci Præfecti, & Illustris Gymnasiii ibidem Scholarchæ.

Francofurti ad Mœnum, Impensis

JOHANNIS DAVIDIS ZUNNERI,

SERENISSIMO PRINCIPI AC DOMINO, DOMINO

ALBERTO,

DUCI SAXONIÆ, JULIACI, CLIVIÆ AC MONTIUM, LANDGRAVIO THURINGIÆ, MARCHIONI MISNIÆ, PRINCIPI HENNEBERGICO, COMITI MARCÆ ET RAVENSBURGI, DYNASTÆ IN RAVENSTEIN.

PRINCIPI AC DOMINO MEO CLEMENTISSIMO.

SERENISSIME PRINCEPS,

DOMINE CLEMENTISSIME.

TRiennium eſt, & quod excurrit, cum SERENITATIS TUÆ tunc Conſiliarius Intimus & Cancellarius, jam Cameræ Imperialis, quæ Spiræ eſt, Aſſeſſor, & SACRÆ CÆS. MAJESTATIS IMPERIIQUE Conſiliarius Juſtitiæ, Magnificus Avianus, poſt expedita aliquando graviora Regiminis negotia, ut ſolebat ea identidem variæ

riæ literaturæ discursibus condire, de multis adhuc dum inexcussis Juris tum publici, tum privati, articulis dissereret. Referebat inter eos augustam De Protectoriis Cæsareis materiam, & cum præ cæteris arridere adverteret, calcar addebat nonnulla circa eam meditandi, & ubi DEUS *vitam & otium concessurus esset, in publicum edendi. Ego, quanquam nunc plures annos ruricolarum liticulis dirimendis immersus, inde à studio ejusmodi graviori fermè alienus, virium mearum huic labori sufficientiam meritò in controversiam vocarem, nolui tamen præcepto Collegii nostri Antistitis Celeberrimi renuere, tantò minùs, quòd noveram,* SERENITATEM TUAM *Musarum cum praxi & officii demandati laboribus combinationem, instar gemmæ & ornamenti, non modò æstimare magni, sed & gratiâ suâ Principali promovere clementissimè. Itaque in* DEI *Nomine rem aggressus, dum, quæ in eam facere videbantur, horis subcisivis perlustravi, collegi, locavi, sub manibus prognatus est præsens partus, qui, quàm vellem dignior esset, ut acerrimo* SERENITATIS TUÆ *judicio non minus, ac orbi erudito sese sistere non erubesceret! Etenim, ut profundiùs irem, haut permisit laborum, quos Sparta à* SERENITATE TUA *mihi concredita quotidie exposcit, concatenatio. Et, ut permisisset, de industria malui in iis, quæ materiæ scopum attingunt proximè, nec*

aliás ubivis sunt obvia, subsistere, quàm conquisitis & intersertis anxiè pluribus ad rem è longinquo spectantibus vel quæstionibus vel allegationibus, ut solent multi tractatum, Lectoris eruditi plerunque tædio, dilatare. Ausus tamen non eò minus sum, hanc quantulamcunque etiam opellam, Amicorum placito typis commissam, SERENISSIMO NOMINI TVO inscribere, motus causis, quas ubi cognoveris, temeritati, si qua imputanda foret, ignosces. Agit Libellus de PROTECTORIIS CÆSAREIS: objecto sanè Principe Imperii condigno. Vivit SERENITAS TVA, sicut cæteri S. R. Imperii Principes Serenissimi in universum, sub augusto S. CÆS. MAJESTATIS generali Protectorio: Sunt etiam Ministri, sunt subditi, sunt clientes, sunt viduæ, pupilli, pupillæve, qui magno numero vicissim SERENITATIS TVÆ protectione gaudent. Quòd si præter hos SACRA CÆS. MAJESTAS unius alteriusve protectionem in specie SERENITATI TVÆ demandare, & conservationem Privilegiorum suorum hâc in parte committere gratiosissimè voluerit, sponsor sim, SERENITATEM TVAM alacritate, jussa Imperatoria eâ, quâ par est, fidelitate exequendi, cessuram nemini. En unam rationem, à materia ipsâ scriptionis petitam, cur credam, dedicationem operis SERENITATI TVÆ displicere posse nullatenus. Addam alteram, à personæ scribentis nexu desumtam. Integra duo lustra

nunc

nunc sunt elapsa, quibus sub tuitione & protectorio SERENITATIS TUÆ *indigno mihi, primùm* TOTIUS SERENISSIMÆ DOMUS SAXO-GOTHANÆ, *dein peculiari & proprio* SERENITATIS TUÆ *Officiali & Consiliario, almâ securitate frui licuit. O quanta felicitas, exulceratâ hâc mundi senecta vivere sub Principe pio,* DEUM *timente, justo, forti, prudente, & posse supremo Cœli terræque* MONARCHÆ, *proximoque, citrà conscientiæ labem, debita præstare cultum & officia! Si plura dicerem, assentatoris munus obivero, quod & odisti extremè, & animus meus ab eo longè est quàm alienissimus. Hoc saltem permiseris,* SERENISSIME PRINCEPS, *ut apertè heîc profitear magnum beneficiorum à* SERENITATE TUA, *Conjugeque, apud Cœlites nunc integerrimâ virtutum coronâ, serenantissima, desideratissima,* DIVA MARIA ELISABETHA, *Germaniæ quondam Nestoris* AUGUSTI GUELPHICI *dignissimâ sobole, Dominâ quondam meâ longè clementissima, in me meosque profectorum cumulum, eaque publica laude deprædicans, libelli hujus oblatione gratam pro iis ac devotam contester mentem. Accipe igitur illum,* DOMINE CLEMENTISSIME, *benigna fronte, si vacat & libet, perlustra & concede, ut appendiculi loco in Illustri* SERENITATIS TUÆ *Bibliotheca, quam inspicere hactenus mihi gratiam fecisti, adponatur. De cætero, Vale perpetim, rege & protege*

subdi-

ſubditos tuos feliciter, SACRÆ CÆS. MAJESTATI & S. R. Imperii Conſtatibus in Patriæ communis tutelam, adverſus quosvis infeſtos hoſtes, conſiliis, & ubi neceſſitas ex triſti, quod DEUS avertat! Germaniæ fato, tulerit, armis etiam prudenter ac fortiter adſta. Et, quod hactenus feciſti, Gratiæ Tuæ Ducalis protectorio perenni me meosque porrò clementiſſimè ſolare. Id quod eâ, quâ decet humilima animi ſubmiſſione voveo, rogo.

SERENITATI TUÆ

Devotiſſimus ac obſequentiſſimus
ſervus

JOH. BURCHARDUS
ROSLER.

* * *

AD NOBILISSIMUM & CONSULTISSIMUM DOMINUM
ROSLERUM,
AULÆ COBURGIACÆ CONSILIARIUM ET PRÆFECTUM MERITISSIMUM, EX-COLLEGAM, COMPATREM ET AMICUM MEUM HONORATISSIMUM.

INter amœna juxta ac utilia, nec minus electiora argumenta, quibus docti, inque Seculi & Reipublicæ nostræ bonum nati magis, quam facti JCti nostrates scripta sua exornare solent, conspicitur jam, Nobilissime Domine ROSLERE, tuus de *PROTECTORIIS CÆSAREIS* Tractatus planè singularis, cujus literatus orbis similem in hâc materia, quod equidem sciam, nondum vidit. Abundantissimè recreavi me, postquam librum hunc, laudari sanè dignissimum, legendum mihi dedisti: sive enim rerum momenta sive stylum considerem, illa ex solidis principiis veraque Praxi arcessita reperio, hunc verò pinguem, floridum, & amabilis atque Laconicæ brevitatis esse animadverto. Neque, credo, labor hic tuus LEOPOLDO Cæsari, Domino nostro invictissimo, semper Augusto & æterno Principi, tàm mirâ benignitate, quàm ob impositum Gloriosissimis Divorum Antecessorum factis fastigium, immortali, *PROTECTORIORUM AUTORI* & Jurisprudentiæ ac omnis literaturæ Statori, vel displicebit, vel displicere poterit; dum, non, quid suæ Majestati faciendum, temerè aut imperiosè præscribis; sed quid eadem ex æquissimo Cæsareoque animo facere soleat, publici juris Mysta, examussim declaras. Sciolorum livorem, qui bonis omnibus (quod & ego haud semel experiundo didici;) obstrepere amat, curare noli, cùm in literatorum circo solennius nihil sit, quàm, ex tenebrarum Magistri suggestione, invidaque æmulatione, rectè sentientibus obicem figere, imprimis si quod cunctis utile opus gerendum suscipitur.

)( )(Ego,

Ego, quô quidem in tanta eruditionis tuæ luce Tibi præcone opus non est, felicissimi tui ingenii fœtum hunc maximi æstimo, de eoque καρδιόθεν Tibi gratulor, & uti, quamdiu sub cœlo vestro in suburbano secessu meo Coburgiaco vivere mihi contigit, Te amico limatæ probitatis fidelique Achate usum me esse ingenuè fateor; ita officia mea Tibi polliceor, & opto, ut DEUS Tibi adsit, ac jubeat, ut vitæ famæque tuæ prospera longius porrigantur, filiique tui moratissimi vestigia tua hæreditario jure legant!

Plura à me Ducis ac Domini nostri communis Clementissimi permissu jam inter Augustissimæ hujus Cameræ Assessores, Sacrique Romani Imperii Senatores & Consiliarios, Serenissimi Franconici Circuli nomine comparente, multis negotiis occupato, terminosque epistolæ servare obstricto, hâc vice non exspectabis.

Vale igitur, Vir Consultissime, & mihi Te genuinô & perpetuô amore prosequenti fave, qui donec superero esse annitar

Tuus ex animo

Spiræ ex Museo meo, 21. Decembr. Anno 1686.

JOH. JACOBUS AVIANUS, JCtus.

VIRO

* * *

VIRO
Doctrinæ omnigenæ & Dexteritatis singularis
præstantiâ eminenti,
atq; in præsens
ad Causam Tutelarem Jenensem
Sacræ Cæs. Majest. Subdelegato Magnifico,
DOMINO
JOHANNI BURCHARDO ROSLERO, JCTO,
Consiliario Aulæ & Regiminis
SAXO-COBURGIACI
præclarissimè merito,
Amico meo veteri & integerrimo
SAL. PL. DICO
NICOLAUS CHRISTOPHORUS LYNCKER,
Consil. Saxo-Vinariensis intimus.

MAximum Tibi debeo beneficium, quod Commentationem Tuam de PROTECTORIIS CÆSAREIS me citiùs legere, Tuique imaginem ingenii, quô à multis retrò annis afficior, priùs me recreare volueris, quàm luci publicæ usuique aliorum exponeretur.

 Equi-

Equidem universi, quibus Tecum versari, Tuæque Virtutis documenta intueri licet, æquissimo præconio nomen Tuum undiquaque circumferunt: nec tamen fines ampliores sortiri, non tutiùs progredi suscipique poterat impulsus ille honestarum mentium, Fama Tua, nisi scriptione tam luculenta & irrefragabili, quæ neminem lateret, neminem non argumento perdurante convinceret.

Debebunt sanè plurimum TIBI omnes, qui nunc quidem operâ Tuâ non modo argumenti celebritate conspicuâ, sed & dispositionis ordine, varietateque ac gravitate eruditionis tantoperè commendabili instruuntur, firmanturque. Sed multò plura debebit Posteritas, quæ ignotis etiam æquior est. Vale, Decus Amicorum nostrorum, & porrò illæsâ valetudine rebusque prosperis, ceu fidissimis bonæ mentis auxiliis, ex voto utere. Scribebam GOTHÆ, d. 1. Maij, cIↄ Iↄc LXXXVII.

*** *** ***

VIX visa heu! terris, astris Astræa recepta,
Migrarat, labem Virgo perosa novam.
Protinus erupit venæ pejoris in ævum
Omne nefas, vafris vis comitata dolis.
Horrida fraterno rubuerunt rura cruore
Insueto, & stupuit sanguine potus ager.
Bella fremunt, crebrâ quatitur formidine mundus,
Nulla salus miseris, nulla secura quies.
Arma virosque strepunt de duro secula ferro,
Gestit & imbelles sternere prompta manus.

Victa

Victa jacet probitas, non lege aut judice tuta,
Compulsa immiti subdere colla jugo.
Effert mortalis natio crudelibus ausis
Ingentes animos, in sua damna ferox.
Contemptis Superûm, sævique avidissima regni,
Et jam cognato sanguine docta frui.
Irruit in clades rigido durata metallo,
Maternum referens gens violenta genus.
Nec melior post-nata ætas, immanior undis,
Terra ferax scelerum queis modo mersa mades.
In vacuum rediêre locum vis, frausque, dolique,
Regnandi rabies, impius æris amor.
Ingenium sequitur majorum ferrea proles
Turba audax, atavis digna propago suis.
Sic, qua terra patet, sic toto vivitur ævo,
Pulsa gemit probitas, heu! mala sueta pati.
Exultat miserorum elata potentia damnis,
Et quicquid possit, jure licere putat.
Sic lacrymas inter sedet & suspiria virtus,
Et sua complorans tristia fata dolet.
Ast bene! non totas terras Astræa reliquit,
Tutamen miseris, præsidiumque bonis.

Principis edictis tandem protecta quiescit,
Causæ jam virtus fidere jussa suæ.
Hæc TU, dum docto concinnoque ordine pandis;
Imbellem turbam dum sua jura doces.
Gloria servato meritam de Cive coronam
Conferet, in laudes obsequiosa tuas.
Protegat afflictos summi pia Principis Ara;
Contra ævi invidiam TE tua Fama teget.

Hisce desuetam per aliquot lustra Poësin repetere, suique in Nobilissimum Autorem affectûs qualecunq; monumentum ponere volui.

T. PFANNER, Sereniss. Domûs Sax. Famil. Gothan. & Vinar. Consil. Aul.

CON-

CONSPECTUS CAPITUM.

DE

PROTECTORIIS CÆSAREIS
DIATRIBE
IN BENEDICTIONE REDEMPTORIS
FELICITER!

INſignis & ſolatii plena res eſt PROTECTIO; quæ poſtquam nec fratri * *crudelitas pepercit, hominem ab hominis impetione ſalvum præſtat ac ſecurum. Eſt Ipſa Natura operum ſuorum curioſa Protectrix, & partes imbecilliores à metuendis aliunde injuriis, quodam, quantum ſufficit, tegumento tutas reddit. Protegunt Medicus præſervativis ſuis, adverſus morborum contagia, corpus: Advocatus legum, indeque proditarum actionum exceptionumve clypeo cauſam ſui clientis: Paterfamiliâs, Tutor, Princeps; quilibet, ab injuria ſuos ſibi concreditos, liberos, familiam, pupillum, ſubditos: Et, quæ omnium protectio tutiſſima, Omnipotens Numen, CHRISTUS,* ** *ſuas ſibi obſequentes oves contra omnem omninò vim atque moleſtiam, quin & ipſam infenſiſſimi generis humani hoſtis, animæ periculoſam, tyrannidem.*

* Geneſ. *c. 4. verſ. 8.*

** Eleganter de hâc protectione Brentius *in Iohannem Homil. 81.*

*Nobis è dulci hâc PROTECTIONIS materia * particulam civilem ad differendum carpturis, ea nunc arridet maximè, quam Princeps, atque, ut ad nostram nos accommodemus Rempublicam, SACRA CÆSAREA MAIESTAS subditis aliisve, qui protectionem Illius implorant Majestatico Jure suo peculiariter impertit; cujus cum Literæ in hunc finem concessæ, insigne symbolum sint ac τεκμήριον; has, non illam, primarium nostræ Diatribes constituimus thema. Scilicet, illius, ceu thematis generalioris tractatio à bonis Authoribus passim & ex instituto quoque suscepta reperitur; Harum, quod equidem sciam, à nemine hactenus ex professo ut ajunt, præoccupata. Atque hæ quidem, ubi secundum causas, attributa & effecta sua considerabuntur pleniùs, non potest earum intactus relinqui finis, atque adeò non inclarescere simul ipsius natura protectionis. Assumemus itaque in Nomine Domini nostri JESU CHRISTI Protectoris ut fidelissimi sic Potentissimi, lampada, quas posteritati reliquit BECHTIUS. ** Modò, ut nobis labor nunc feliciter cedat, Faxit SACROSANCTA TRINITAS!*

* Franc. Zoannettus Bononicus, JCtus, qui Ingolstadii primarius Antecessor proximè præterlapso seculo fuit, *in l. ut vim. 3. tit. de I. & I.* eam aggressurus, de re gravissimâ atque adeò utilissima, quæ omnium animos suavi jucunditate demulcere solet, dicturum se, profitetur.

** *Tract. de securitate & salv. cond. cap. 10.* junct. *cap. ult.* Conf. Mager. *de Adv. arm. cap. VI. num. 223.*

CAPUT

CAPUT I.

NOMINIS EVOLUTIO ET MATERIÆ SEDES.

§. 1.

PRotectorii *vox, Latinis Scriptoribus purioris ævi, quidem incognita,* (a) *usu tamen hoc & superioribus quibusdam seculis in terminum artis ita invaluit, ut jam symbolicâ librorum Juris Publici authoritate muniatur,* (b) *& frustrà sit, qui commodiorem alium substituere allaboret.* *A* protegendo *dictum substantivè usurpatur, eâdem vulgò analogiâ, quâ avocatorium* (c) *cassatorium,* (d) *inhibitorium monitorium excitatorium, convocatorium* (e) *impressorium,* (f) *quodlibet à verbo suo nomen assumsit, subintellectis, pro re natâ, vel mandato, vel diplomate, vel rescripto, vel denique privilegio.*

(a) Etenim si neque *protectoris*, neque *protectionis* vocabula apud Classicos se legisse meminit sedulus ille Philologus *Vossius*, de protectorii voce, ab illis derivata, magis fortè dubitandum erit. Ita verò Ille *lib. 3. de vitiis serm. c. 38. Protectio* non memini me apud Classicos legere. Vulgò dicunt, *esse in alicujus protectione:* pro quo Cicero, *esse in alicujus fide & clientela.* Nec magis *Protector* invenio: pro quo Cicero *defensor, patronus, &* κατὰ μεταφορὰν *parens.* Hæc Vossius. Defectus tamen hic, si quis est, non multùm curandus. Placet enim heîc, quod Franciscus Stypmannus *tr. de Referendar. c. 1. n. 17.* in simili pro excusatione adfert, totidem verbis allegare: *Nec infrequens,* inquit, *in Iurisprudentia præsertim publica, vocabula arripere, quæ ad Latinitatem collata, horrida sunt, & dura, quod passim disputationes de Pfalburgeris, Austregis &c. docent. Tempora enim variant & Imperii status, unde necesse fuit, vocabula sumere vulgi intellectui aperta, & rerum novitati multitudinique asperis vocabulis succurrere. Quod si etiam alicui nova vocabula nauseant, aliud ipsis par, usurpare potest.*

(b) v. Capitul. Invictiss. Cæs. LEOPOLDI. §. 8. ibi: *Protectoria super mediatis urbibus ac provinciis* &c. & paulò post: *recepta protectoria renuncientur* &c.

(c) v. D. Gerdesius *in eleg. tract. nuper edito de Mandatis avocator. c. 1. §. 1.*

(d) De hoc & sequentibus è Cameralis Juris Scriptoribus passim, nec non praxi curiarum Germaniæ notitia cuivis obvia.

(e) Sic in Actis Diætæ cujusdam Circularis appellatum memini Rescriptum, vel literas, quibus à Directore, vom Crayßausschreibenden Fürsten/ reliqui Constatus circuli ad Diætam conscripti & invitati erant.

(f) Ita Privilegium appellatur à Principe concessum, quo à facultate imprimendi librum excluduntur omnes, præter eum, qui privilegium impetravit, vel cui, virtute illius, potestas imprimendi competit.

§. 2.

Varias, ut vocabulum, si quam patitur, homónymiâ *liberemus, protectorii significationes haut multùm reperias. Modò, sicut* protectionis *nomen aliâs* generaliter *omnem defensionem* (a) *etiam ordinariam* (b) *complectitur; aliâs* in specie *extraordinariam tantùm designat;* (c) *Ita &* Protectorium, *licet non eâdem plane ratione, &* generali *&* speciali *acceptione venire potest.* Illâ, *ut & ejusmodi pactum sive tabulas, queis ea, quæ inter Patronum & Clientem, quoad jura defensionis seu advocatiæ clientelaris, ultrò citroque conventa sunt, comprehenduntur;* (d) *deinde illas etiam protectionis literas, quæ à Magistratu mediato quandoque impertiuntur, ambitu suo complectatur.* Hâc, *ut singularis & à Summo Principe, præ aliis privilegiatæ protectionis symbolum denotet, de quo nobis pleniorem tractationem instituere nunc animus est. Ceterùm, nisi* paronymiæ *gratiâ, de eo fortè hoc loco meminisse supervacaneum erit, quod*

Pro-

Protectum *in Jure nostro civili dicatur locus in domibus surrectus, unde spectare licet,* (e) *& si illud super alieno solo habere liceat,* protegendi servitus *inde oriatur.* (f) Protectorum *autem nomine illi veniant, qui armatam militiam subeuntes, non solùm defendendi corporis sui, verùm etiam protegendi lateris Principalis sollicitudinem patiuntur.* (g) *Sunt etiam in Consistorio Cardinalium* Protectores, Consistoriales *dicti, de quibus Petrus Gregorius Tholos.* (h) Protector *quoque* Vice Regis *in Anglia post Regicidium Cromwellus compellari maluit, procul dubio, ut subditorum Regii nominis tunc exosores animos, dulci hoc, & in speciem fructuoso Protectoris titulo sibi magis devinciret.*

(a) Joh. Bapt. Magon. *de rectâ patroc. ratione c. 1. n. 17.* Joh. Bapt. Laderch. *cons. 101. n. 9.*

(b) Hæc illa est, quæ jure ordinario officium & potestatem alicujus v. g. Magistratus comitatur. *Facit Rec. Imp. de an. 1530.* zu Augspurg §. *10. ibi:* von Ampts wegen. *&* §. *seq. verb.* aus aufferlegtem Käyserlichem Ampt. Et ita quidem, ut ab initio statim cum dignitate & officio necessariò sit suscipienda, unde & necessaria dicitur Gilm. *1. decis. 1. n. 24. & seqq.* * adeò, ut quibus incumbit, ne quidem juramento se ab illa liberare possint. *arg. c. 12. X. de for. comp.* Aug. Bervi. *cons. 8. num. 16.*

(c) Dav. Höppingk. *tr. de jure protect. sive Advoc. θ. 7. lit. d.*

(d) Nam etiam has *literas protectionis* à Bodino & vernaculâ nostrâ Schutz- und Schirm-Brieffe vocari è vero tradit Dn. Martin. Bœckel *tr. de jure Protect. clientel. part. 3. c. 6. n. 31.* ut nihil obsit, quò minus *protectoriæ* etiam appellari queant. *conf. d. capitul. Leopold.* §. 8. Tabulas autem Protectitias eas nominat Besoldus *thes. pract. voc.* Schirm-Brieff. De illis verò & eorum jure primariò agere nostri nunc non est instituti, & habentur de talibus scripta jam tum exactiùs elaborata, & erudito orbi clarissima, Hœpingii, Mageri, Bœckelen, aliorum. In affinibus tamen, præsertim, quantum ad explicationem *d.* §. *Capitul. Leopold.* attinet,

net, nonnihil de iis attingere posthâc DEO adjuvante non erit alienum.

(e) *l. 29 in princ. tit. ad L. Aquil.* v. Pratej. *in Lex.*

(f) Donellus 11. *comm.* 4 §. *protegendi jus est.*

(g) *tit. C. de domest. & protector. l. 9. C. Theod. eod.*

(h) *in Syntagm. Iur. univers. lib.* 15. *c.* 4. *n.* 15. Munus eorum est electiones & alias provinciæ sibi addictæ causas in Sacro Senatu proponere, & oppositoribus respondere. Hâc fini enim in Consistorio & Senatu Cardinalium unaquæque provincia, singulaque Regularum sodalitia habent suos Patres seu Patronos tutelares. d. A. His fermè similis est Protector Nationis Germanicæ in Academia Patavina, de quo vide sis Statutorum dictæ Nationis Caput VI. integrum apud Dn. Fritschium *in addit. ad Speidelii Speculum, voc.* Padua.

§. 3.

Aliis nominibus Protectoria dicuntur Literæ protectionis, (a) chartæ tuitivæ s. securitatis, (b) salvæguardiæ, (c) Literæ fidantiæ, (d) assecuramenti, (e) *vernaculâ nostrâ* Schutz- und Schirm-Brieff. (f)

(a) Capitul. Leopold. §. *cum etiam ex conniventia*, &c. 8.

(b) D. Bœckel *de Iure protect. clientel. part.* 4. *c.* 3. *n.* 51.

(c) quæ denominatio Gallis potissimùm debetur. Nam his *Lettres de Sauue Guarde* dicuntur, atque hinc JCti Galli, Guido Papæ & alii Salvæguardiæ vocabulo plerunque uti assolent. Guardiam aliâs pro custodiâ à Germanico Warten formatam esse Hottomannus opinatur *in comm. de verb. feud. lit. g.*

(d) Hoc vocabulum Italis in usu. Bald. *in auth. agricultores C. quæ res pign. oblig. non pos.* Inde & Clientes *Affidatos* vocant. Hottom. *d. comm. lit. a.*

(e) Masuer. *in pract. tit.* 12. *de assecuramento*; item *assecurationis* & *salvi conductus*. Besold. *thes. pract. voc.* Schirm-Brieff. Propriè tamen Salvi conductus literæ à protectoriis differunt, de quo infrà in affinibus. Jac. Durantius Casellius JC. Arvernus, Scriptor haut contemnendus, in quem absoluta fermè hâc opellâ, forte fortunâ incidimus, *variarum lib.* 1. *cap.* 1.

quod

quod huic themati destinaverat, protectoria non ineleganter *tuitiones* appellat.

(f) Besold, *thes. pract. voc.* **Schirm-Brieff** / Wehnerus *obs. pract. voc. eadem.*

§. 4.

Vox Protectorii simplex ita forte satis considerata. Cum verò ad eam protectorii speciem, quæ à S. Cæsarea Majestate in Imperio Romano-Germanico procedit, præprimis (a) *dirigere tractationem propositum sit, per adjectionem* τȣ̃ Cæsarei (b) *thema in complexum terminum abiit. Qua ratione & in vernacula,* **Käyserliche** / *vel* **Röm. Kayserl. Majest. Schutz- und Schirm-Brieffe** / *à causa efficiente vocari, res ipsa docet.*

(a) Dico *præprimis*; non enim omnia, quæ de aliis sive exterorum, sive Imperii Principum Protectoriis & Salvaguardiis occurrunt, à consideratione nostra exclusum ibimus, sed prout quæque vel quod generalia sint, vel quod aliâs affinitatem quandam cum nostris habeant ex Aa. hinc inde sese offerent, suo loco accommodari fas erit.

(b) Malui hoc, quàm *Imperatorii*, ne si Protectorium Imperatorium junctim dicamus, in euphoniam peccetur.

§. 5.

Sedes materiæ in Jure Publicò primaria est allegatus antea §. 8. (a) Capitulationis Leopoldinæ. *In Jure Civili* l. illicitas 6. §. ne potentiores 2. tit. de offic. Præsid. (b) *Apud Canonistas* cap. ex parte 18. X. De Privilegiis. (c) *Interpretes deinde nonnulli* (d) *materiam hanc, sed paucis & sparsim delibarunt magis, quàm justo tractatu enuclearunt.*

(a) qui cum præcedenti §. 7. in capitulatione cum Ferdinando IV. Rege Rom. gloriosiss. mem. inita junctus, sub numero sexti §vi veniebat, in Prædecessorum verò Cæsarum Capitulationibus non habetur.

(b) ad quam v. Dd. & inter eos Bartol. eundemque *in l. Sanctum tit. de Rer. divis.* Sane observante supra allegato loco Dur. Casellio *var. l. 1. cap. 1.* nullæ vel saltem paucissimæ leges sunt in jure nostro, in quibus fit mentio hujus moris, quo nonnulli implorare Principis auxilium solent, & ejus rei significandæ causa ejus titulos, i. e. ingenua signa, in rebus & possessionibus suis præfigere. Allegat tamen Ille Novellam Justiniani *de Mandat. Princip. 17. c. 6.* ubi jubetur nec temere nec passim ἀσφάλειαν i. e. *cautionem, munitionem, tuitionem, præsidium, &* καλουμένους λόγους i. e. *salvum*, ut nos vocitamu, *conductum*, sive ut Novellarum Interpres vetus, *nuncupata verba*, sive ut Historiarum Scriptores Latini, *fidem publicam*, sive ut Virgilius Æneidos 2. *fiduciam* in hoc versu: *Quidve ferat, memoret, quæ sit fiducia capto.* noxiis concedendum esse. Addit, quod abutantur in hanc rem Doctores fere omnes *l. 1. §. quies tit. de offic. præf. urb.* & *l. illicitas §. ne potentiores tit. de offic. Præsid.* cùm in §. *quies* nec vola, ut ajunt, nec vestigium ullum de hac re sit, quod & verum est. L. verò *illicitas d. §.* propius ad rem accedere fatetur, etsi Dd. ut de Sabinis proverbio dicitur, somniaverint ad eam quod voluerunt. Laudat tandem Jac. Cujacium, unicum Juris Civilis lumen & ornamentum, doctiùs & rectiùs *obs. 12. c. 29.* ex *l. 5. C. de injur. & l. capitalium §. ad statuas tit. de pœn.* adnotantem: Imaginem Imperatoris præferri tuitionis gratiâ; In cujus locum apud Gallos insignia Francici Diadematis successerint.

(c) ubi de literis Protectionis, quas Papa erogat, earumque effectu agitur, eiq; jungi solet *cap. recepimus X. eod.*

(d) E Germanorum numero sunt Joh. Georg. Bechtius. *tr. de securitate & salvo conduct. cap. 10.* David Hœpping *Dissert. historico-jurid. de Protectionis s. advocatia in & extrà S. R. G. Imperium moribus priscis & hodiernis recepto jure Basileæ habitâ an. 1621. θ. 14.* J. H. Stamler *tr. de Reservatis Imp R. G. §. 63.* Gail. 2. *obs. 54. n. 7.* Besoldus *thes. pract.* & Wehnerus *obs. pract. voc.* **Schirm-Brieff.** Martin. Magerus, qui præsertim, quantum ad actionem è Protectorio resultantem multa habet *tract. de Advocat. arm. c. 17. n. 15. & multis seqq.* Inter exoticos præ aliis hanc materiam tractavit. Don Garsias Mastrillus *Decis. Sicil. lib. 3. dec. 263.* cui jungantur Guido Papa *in decis. Delphin. seu Grationopol. qu. 56. 551. 418.* Jacob. Durant. Casellius *variar. lib. 1. c. 1.* & alii.

CAPUT II.

DEFINITIO ET DIVISIO.

§. 1.

Definitio hæc esto. Protectorium Cæsareum est Privilegium

gium (a) *à S. Cæsarea Majestate clementissimè concessum, quo impetrans in peculiarem S. Suæ Cæsareæ Majestatis ac Imperii tutelam contra omnem vim atque molestiam sub gravi pœna violantis recipitur, majoris securitatis gratia.* (b)

(a) Non sanè illo sensu, quo hæc vox olim plerumque in malam partem accipiebatur, quod notat Corasius *in l. jus singulare tit. de legib.* si quam pœnam sc. atrociorem etiam, Princeps irrogasset, sed longè alio & benigniori, quatenus nempe, denotat *prærogativam*, sive generaliter *quamcunque*, prout vox *privilegii* accipi videtur *Nov. 40. c. 1. ibi: Sitque hoc nuptialibus donationibus & harum exactionibus privilegium.* Sive *juris* ab Authore legitimo concessam. Et hoc significatu, vel Jus *quod concedit*, vel Jus *concessum*, vel *instrumentum* seu rescriptum, *quo* Jus tale exprimitur seu continetur. vid. Hahn. *ad Wes. de const. princ. n. 2.* Quamlibet enim harum acceptionum Protectorio nostro certâ suâ consideratione applicare perfacile erit.

(b) Constat hæc definitio suo genere & differentia specifica. *Generis* loco posuimus Privilegium; neque enim sub commodiorem conceptum, nisi Privilegii Cæsarei redigi posse videbatur Protectorium, eò quod & verè ut modò dictum, sit tale; & hinc Doctores, Bechtius, Stamlerus, alii, protectionem hanc singulariter *privilegiatam* appellitent; & Scriptores Juris Cameralis, ubi de actione violati privilegii Cæsarei agunt, hancê violatione Protectorii ortam vel præmittant, vel subjungant. *Differentia specifica* desumpta est à causa efficiente, sub- & objecto, itemque fine & effectu, quorum omnium explicationem pleniorem sequentia suppeditabunt capita.

§. 2.

Dividitur Protectorium I. in Illimitatum (a) *&* Limitatum, *utrumque verò tum ratione* effectus (b) *tum* subjecti, *contra quod seu* patientis, *tum denique ratione* objecti, *diversimodè.*

(a) Bechtius vocat etiam absolutum & generale, *tr. de Secur. cap. 10.* sicut limitatum & restrictum speciale.

(b) Stamler *de Reserv. Imp. §. 63. n. 2.* hoc quod nos effectui tribuimus, mate-

riæ circa quam ſive objecto adſcribit, defenſionem ſc. protegendi Clientis vel hominis, ſive ſecuritatem, quam, cum Imperator per Protectorium intendat ceu finem, & protegendus tandem ceu effectum illius ſalutarem obtineat, potius effectum, quàm objectum Protectorii eſſe dicemus. Quod verò Dn. Stamler, qui aliâs diviſionem illam Protectorii in limitatum & illimitatum per ulteriorem hanc diſtinctionem probè expoſuit, pro exemplo Salvæguardiæ limitatæ adducit, ſi defendendus Cliens fortè plures habeat poſſeſſiones ac ſubditos in diverſis locis, & unam ex illis Imperator reliquis excluſis contra quoſcunque protegendam ſuſcipiat; id quidem ad objectum meritò refertur. Ille itaque limitationem Protectorii, quæ ratione tam objecti quàm effectus fit, in unam contraxiſſe videtur, quam nos hîc duximus diſtinguendam.

§. 3.

Protectorium illimitatum ratione effectus *eſt, quod omnem omninò tam* facti (a) *quàm* juris (b) *defenſionem ſeu ſecuritatem continet ac promittit.* Limitatum, *quod ad certam defenſionis ſpeciem reſtrictum eſt.* (c)

(a) *Facti ſecuritas* vel defenſio dicitur, quando quis defenditur contra vim injuſtam tantùm, quæ de facto non jure infertur ab aliquo. Ita facti ſecuritatem intellexerunt Domini Aſſeſſores Cameræ Imp. apud Iul. Magenhorſt. *Comm. O. E. part.* 1. §. 1. *ibi*: Sicherheit und Geleit haben. ubi quærebatur, an Litigantes in Camera habentes ibi ſecuritatem propter maleficia alibi commiſſa poſſint capi? Et cum de ſecuritate illa ordinationis diſputatum fuiſſet, eam D. Neeſer de *ſecuritate facti* intellectam voluit, cum quo conſenſit D. Everhardus & D. Viſch, explicando, dixit, quod ordinatio det ſecuritatem für Gewalt / aber nicht für ordentlichen Gewalt. Quàm variè aliâs aliquid Iuris & facti dicatur, vide prolixè & ex intimis illius temporis Philoſophiæ Scholaſticæ principiis explicantem Johannem Bolognetum *tract. de multiplici ſignificatione & different. Iuris & facti poſt repetitionem tit. de I. & I. in Dig. vet.*

(b) *Iuris* ſc. ſi protectorium velit, ne quis etiam ſub Juris aliquo prætextu, ſive ob delictum, ſive ob contractum citetur, prehendatur, aliisve modis, præterquam in ſolâ Imperatoris Aulâ vel Imperii tribunali divexetur. Quæ juris ſecuritas, cum jus alterius & Statuum præſertim Imperii facilè inde lædatur, rariſſimè conceditur. Et regulariter, ubi etiam in publicâ lege ſecuritas promittitur, *facti* non *juris* intelligitur. Aliter juris & facti defenſionem

defensionem explicat P. Frider. Mind. dum *lib. 2. de Mandat. c. 14. §. 9.* quærit: An *viâ juris* solùm, an & *facti* protectio à Patrono seu Protectore sit facienda? & respondet distinguendo *factum*; *vel* enim illud sumi ait pro eo, quod proprio fit furore & audaciâ, nullo jure justificabile, juxta *l. si quis in tantam C. unde vi vel* pro eo, quod fit quidem armis, & contrà audentiùs eundo, sed tamen jure. Non ad *illud* etiamsi Clientes sollicitent; quia nec utile, nec bonum, nec boni exempli, sed legibus contrarium sit; Attamen ad *hoc* protectorem teneri: ut sc. pro authoritate suâ jus patrocinii pro Clientibus fideliter interponat, omnia juxta illud Comici, priùs tentando quàm ad arma perveniatur; ubi verò non consilium, non ratio, non æquitas, non divinarum legum Imperatoria Potestas audientiam habent, vel habere possunt: ibi consilio ratione & æquitate & legibus munitus impetus, arma, bella, silentium more itidem imperatorio imponant. Hæc Friderus; Qui sic *juris* & *facti* terminos ad *media*, quibus Protector in defensione uti possit, applicat; Nos verò applicamus ad *objectum* defensionis, *violentiam* nempe à Cliente arcendam, considerando, utrum ea *de jure*, an *de facto* inferatur. Cæterum curiosiùs hic, & in exempla inquirens Lector Adjuncta sub N. VII. & XXXV. percurrat & advertet, ea præcipuè a. prius illud non modò *facti* sed & *juris* securitatē continere videri. Quo tamen non obstante, Impetrans prioris, facto an jure à Domino Territoriali, ubi deprehendebatur incautus, captus, & ob crimen, cujus jam ante reus accusatus imò & in judicio subalterno condemnatus, in supremo Tribunali verò per appellationis instantiam absolutus erat, supplicio affectus erat.

(c) Becht. *de secur. & salv. cond. c. 10.* Stamler *de Reserv. §. 63. n. 2.* sive quod certæ defensionis limitibus se continet. Hœpping. *de Iure protect. 6. 14. lit. a.* qui tamen protectorium hoc limitatum & speciale aliter exemplificat; postquam enim illimitatum à solo Imperatore vel summo Principe concedi posse asseruerat, hoc, limitatum, illud statuere videtur, quod à Principibus inferioribus datur; sicut pro exemplo adducit duo Protectoria, quorum alterum Mauritius Saxoniæ Dux anno 1546; alterum Henricus Julius Dux Brunswic. & Luneb. Ille Monasteriis Mühlfurt & Cronschutz / Hic Hieronymo Sanders anno 1594. concessēre. Verùm, præterquam, quòd nos tantum de Protectoriis Cæsareis heîc principaliter tractemus, hoc ad essentiam & conceptum limitati vel illimitati protectorii hactenùs parùm nobis facit, sive Summus sive Inferior Princeps protectorium concedat. Nam & Inferior Princeps præsertim in Germania, contra omnes subditos suos in universa provincia sua, quousque potestas & jurisdictio ejus se extendit, protectorium eâtenus quidem li-

 mitibus

nutibus suis circumscriptum, cæterâ verò illimitatum dare potest. Et nec Imperator ulteriorem Protectoriis suis vim afferet, quàm intra totius S. Imperii, non extra illius limites & jurisdictionem. Limitata nimirum causa, nonnisi limitatum potest producere effectum.

§. 4.

Protectorium illimitatum ratione subjecti *patientis est, quod in genere contra quamcunque personam* (a) *nemine citato* (b) *& citra causæ cognitionem impertitur.* (c)

(a) Ita ut nulla certa in diplomate vel privilegio exprimatur.
(b) Quippe quod in hoc negotio etiam esset impossibile.
(c) Stamler *cit. loc.* Hœpping. *d. l.*

§. 5.

Limitatum ratione subjecti *est, quod adversus certas personas, à quibus impetrans sibi metuere exponit, citatis iis* (a) *cum causæ cognitione conceditur.* (b)

(a) Quod intellige *regulariter*; Nam & sine causæ cognitione aliquando conceditur, & non citatâ parte adversâ, quæ illud nihilominus ob Imperatoris solam voluntatem observare tenetur, cum Majestatem suam, postquam rescivit, facillimo adire negotio, & si per sub- & obreptionem beneficium obtentum fuerit, revocationem obtinere possit. Post Menoch. *de arb. jud. quæst. 338. n. 8. 9.* Magerus *de Adv. arm. c. 3. n. 142.*
(b) Hœpping & Stamler post Bechtium *citt. ll.*

§. 6.

Protectorium illimitatum ratione objecti *est, quod super omnia bona omnesque possessiones ac subditos Clientis se extendit.* Limitatum *contrà, quo non omnes possessiones in protectionem sumuntur, quibusdam fortè, si plures habeat Cliens, exceptis. Magerus* d. c. 3. n. 140. *Stamler* cit. loc.

§. 7.

Dividitur Protectorium secundò (a) *in* nudum *&* non nudum *seu vestitum.*

(a) A

(a) A forma extrinseca. Potuissemus quidem Salvamguardiam dispescere in eam, quæ fit scripto seu literis patentibus, & aliam quæ per signi, veli titulive, & iterum aliam, quæ per custodum appositionem fit, prout faciunt Hœpping & Stamler *cit. ll.* Verùm quia thema nostrum est de ipsis literis Salvæguardiæ seu Protectoriis von R. K. M. Schutz-Brieffen / aliter formanda fuit divisio. Et quod signi, veli, titulive appositionem attinet, ad publicationem Protectorii magis spectat, de quo infra *c. 8. §. 2.*

§. 8.

Nudum *est, quod tantùm per diploma seu literas patentes datur.*

§. 9.

Non nudum *seu vestitum est, quod certarum personarum ceu defensorum adjunctione* (a) *majoris securitatis gratiâ fulcitur.*

(a) Quæ viva Salvaguardia eine lebendige / sicut illa in scriptis eine schrifftliche Salvaguarde dicitur.

§. 10.

Tertiò Protectorium aliud est (a) civile, (b) *aliud* militare.

(a) A statu Reipublicæ diverso, turbato vel pacato.

(b) Civile dicimus in oppositione ad militare, quemadmodum judices civiles militaribus opponuntur *tit. C. de offic. civil. Iud. l. 1. 45. junct. seq. de offic. Iudic. militar.* ibique Perez *in Commentar.*

§. 11.

Civile (a) *est, quod in statu Reipubl. pacato nullo ferè ad hostilitatem habito respectu adversus civiles injurias potissimum* (b) *conceditur* (c)

(a) Quod & *paganum* & *togatum* dicere possumus.

(b) Dico *potissimum*: Nam etiam ad militares injurias avertendas civile protectorium proficuum esse, & versâ vice hoc contra civiles conducere

 posse,

posse, infrà ad Interpretationis adjunctum *c.8. §.7.lit.b.* meminisse juvabit.

(c) Cujusmodi exempla in Adjunctis quintum & sextum repræsentant. Equidem, si Grotii principiis, quo ille jus & statum bellicum in celebratissimo *de I. B. & P.* tractatu *l.1. c.1. & 3.* consideravit, insistamus, omne protectorium militare erit, quippe cùm is & lites injuriasque privatas belli nomine generali complectatur, & quodlibet Protectorium, nisi forte limitatum sit *v.5.* §. 3. vim, oppressiones & injurias quascunque respiciat. Verùm *belli* nomen & status heîc nobis, non in generali ista, sed speciali significatione venit, quo nonnisi publicum denotat, quod ab eo, qui jus belli & pacis habet, contra hostem publicè geritur.

§. 12.

Militare, (a) *quod ab hoste* (b) *adversus militarem hostilis exercitûs licentiam impetratur.* (c)

(a) vulgò Militarische Salvæguarde D. Bœckel. *tr. de jure protect. clientel. part. 4. c. 3. n. 51.*

(b) Dicimus *ab hoste*; Nam si à non hoste ad avertendam tamen militum licentiam forte in stativis seu transitu alicui Protectorium detur, id quidem etiam *Militare*, non tamen tam stricto sensu, dici posse, haut inficias ibimus. Talis modi est, quod sub N. 11. inter Adjuncta, celeberrimæ Academiæ Ienensi concessum fuit. Et magis in illis animadvertes terminum *Salvæguardiæ*, quàm in cæteris, itemque quod *ad milites* in specie simul dirigatur præceptum de non offendendo.

(c) De quo pluribus videre licet Joach. Burgers *observat. polit. jurid. militar. obs. 79. de Salvaguardiis*, ubi Salvamguardiam hanc dispescit quoque in *vivam*, eine lebendige Salvaguardi, da man einen oder mehr Soldaten in ein gewiß Orth/ selbigen von feindseliger Thätlichkeit/ und anderwertigen exorbitantien zu bewahren hinschicket oder verleget / vel *in scriptis*, per quas aliquis ab omni hostili offensione securus pronunciatur & declaratur, & plerumque valvis januæ affigi solet. Dat itaque Cæsarea Majestas Protectorium Militare, cùm vel extra vel intra Imperium bellum gerit, & implorantem cum suis bonis ab hostili direptione exemptum vult, cujusmodi Salvamguardiam Aviæ meæ nunc beatæ, anno 1648. cum Imperatorius exercitus, turbato tum temporis, ut universæ Germaniæ, ita præprimis etiam Hassiæ, dulcissimæ patriæ, statu, Marpurgum occuparet, clementissimè concessam fuisse memini. Vid. Adam Piserzky

Kriegs-

Kriegs-Secretar. *tit 11.* ubi varias formulas ſubjungit, è quibus unam vid. inter Adjuncta N. XXIII.

§. 13.

Quartò. Protectorium aliud eſt purum, *aliud* mixtum. Purum, *quod in nudis Protectorii terminis conſiſtit.* Mixtum, *quod alia forte privilegia, conceſſiones vel mandata ſimul in ſe continet. Confer in exempla N. I. & XII.*

§. 14.

Quintò. Denique Protectorium eſt vel Gratiæ, *vel* Iuſtitiæ. (a) Illud, *quod ex mero gratiæ Imperialis indultu proficiſcitur.* (b) Hoc, *quod ad implorantis inſtantiam ipſa cauſæ juſtitia exigit.*

(a) David Hœpping *de Iur. protect. th. 16. lit. D.*

(b) Et ad hanc ſpeciem fortè reſtringendum erit, quod D. Bœckel *de jure protect. part. 3. c. 1. n. 60.* de ſingulari ſalvaguardia ſeu ſpeciali Imperatoris Protectione aſſerit, eam nimirum plerunque animadverti in iis, quos honore Patriciatûs Romani dignatur, aut Comites Palatii ſui creat, aut exemtos Imperii.

CAPUT III.

DE ORIGINE, ET QUO JURE NITANTUR PROTECTORIA, ITEMQUE DE CAUSA EORUM EFFICIENTE.

§. 1.

ORigo *Protectoriorum ut* antiquiſſima, *ita planè* divina *eſt. DEUS etenim Ipſe ſupremus Ille Protector Caini, cùm ob fratricidium à vultu DEI ſe excluſum, & banni periculis expoſitum quereretur, protectorium dabat* (a) *ſigno quodam*

(b)

(b) *ne ab obvio quovis necaretur. Et elegantissimum Protectorium est, quod Abimelech Rex Philistæorum in Gerar Patriarchæ Isaaco & uxori ejus, divino procul dubio impulsu ad universos subditos suos concessit, paucis quidem sed ponderosissimis verbis:* Qui virum illum & uxorem ejus tetigerit, confestim occidatur. *B. Lutherus reddidit:* **Wer diesen Mann / oder sein Weib antastet / der soll des Todes sterben.**

(a) Genes. *c. 4. v. 15.*

(b) Quod signum vetustus ille Commentator Nicolaus de Lyra *ad h. l.* ex communi vetustiorum Theologorum sententia de tremore horribili omnium membrorum, & torvo, truculento ac sanguinario vultu, qualis ferè in homicidis conspici solet, intelligi refert, quo dignotus ille ab omnibus, fratrem suum innocentem occidisse, sicque omnibus abominabilis fuerit redditus, ut nec quisquam conversationem ejus, minus sanguinem sitiret. Quâ quidem sententiâ, quæ & à B. Luthero *in Gen. IV. v. 15.* - & juxta opiniones alias, à J. A. Osiandro *ad eund. loc. p. 149. col. 1. p. 150. c. 1. & 51, col. 1.* refertur, admissâ vereor, an hoc signum in solatium Caini datum asseri, adeoque in exemplum protectorii cujusdam allegari queat, præsertim cùm observante Hieronymo *ad Damas. qv. 1. Tom. 3.* ex quorundam versione illud Caini à Numine impressum fuerit, non ut ab injuria aliorum, hominem scelestissimum securum præstaret, sed ut facinoris, & quod facinore meruerat, supplicii exemplum ille circumferret, adeoque in pœna acerbitatem, vitæ ad septimam usque generationem protrahendæ diuturnitas verteret. Veruntamen in thesi firmat nos aliorum sententia pro certo vel ex ipso contextu, præsupponentium signum hoc Caini non pœnæ sed solatii habuisse rationem, quin & infallibiliter ei indicâsse, neminem unquam violentas ipsi illaturum esse manus v. M. Christ. **Neubaur** *in disp. de hoc signo Erfurti anno* 1672. *habitam, & anno sequenti recusam.* Quanquam verò is ipse Autor signum illud, quod contestationem Nominis Divini fuisse arbitratur soli Caini, non cæteris hominibus positum fuisse statuat; ut adeò rationem Protectorii, quippe quod aliis notum esse debet, vix obtineat. Attamen sufficiat nobis hactenus DEum Cainem sumsisse in peculiarem protectionem, idque confirmasse Illi signo quodam, adeoque securitatis eum reddidisse certum; cætera nobis perinde

inde esto, quocunque modo DEus Omnipotens, etiamsi vel arcano quodam tractu, homines ab offensione Cainis arcuerit, adeoque hoc suum, illi datum Protectorium cæteris insinuaverit.

(c) Genes. *c. 26. v. 11.* ibique Cramerus.

§. 2.

Cumque apud Naturalis Iuris *scrutatores in propatulo sit, hominem naturâ ad societatem colendam factum esse,* (a) *naturam omne id, quo societas illa tranquillè, tutò ac securè* (b) *coli possit, atque adeò etiam Protectoria* (c) *non modò approbare, sed & jubere,* (d) *non est, quod dubitemus.*

(a) Est homo *naturâ* sic comparatus, ut nec vitam, ne dum beatam vitam agere possit extra *societatem*, quæ est conjunctio personarum ad communionem officiorum boni alicujus ad vitam aut beatam vitam pertinentis gratiâ. D. Eisenhart *Dissert. de usu princip. moral. philos. in jure civil. interpret. c. 1. θ. 5.* conf. Puffendorf. *Elem. Iurispr. univers. lib. 2. obs. 3.*

(b) Securitas omnino facit, ut societas nostra humana hactenus conservata sit & adhuc conservetur; absque quâ si foret, protinus ex inexhausta hominum discrepandi ac nocendi invicem (quæ est nostra post lapsum, proh dolor! corruptio) libidine eam dissolutum iri, & suprema imis confundi necessum esset; ut adeò securitas hæc, quæ cuncta, quæ possidemus bona, nobis salva præstat, meliora reddit & perficit, Rosenfeld *de securit. tam inter cives quam gent. part. 1. c. 1. §. 1.* societatis nostræ humanæ præstantissimum & condimentum sit & ornamentum, nec immeritò pax sive interna sive externa, quam distinctionem non ineleganter adducit Octavianus Vulpellius *tr. de treug. & pace qu. 1. n. 2.* sive publica sive privata, ceu optima rerum, ab omnibus, vel per ipsa, quod miremur, sibi contraria bella, quæratur & poscatur.

(c) Quippe quæ ad hunc scopum inter alia multa ad securitatem parata remedia *v. infrà cap. ult. de affinib.* unicè collimant.

(d) Jure naturali enim, inquit Magnif. Dn. à Bœkelen *in d. comment. Academ. de jur. protect. clientel. part. 1. cap. 3. n. 33. & seqq.* duplici nomine cuivis etiam extraneo, ac modò homini nato *obstringimur*: primò, ne lædamus; deinde ut beneficio insuper afficiamus, Cic. *lib. 1. off. passim.* quò pertinet, quod propter cognationem à natura inter homines constitutam *l 3. tit. de I. & I.* hominem homini non modo insidiari nefas sit, *d. l. 3.* sed &

 naturali

naturali æquitate dictante intersit hominis hominem beneficio affici *l. 7. in fin. tit. de serv. export.* & periculum, si potest & quantum in illo est ab eo avertere. *l. 45. pr. tit. ad L. Aquil. l. 24. §. 6. tit. de damn. infect.* Becht. *tract. de securit. c. 2. θ. 21. 23. ibique allegat.* Zoannett. *in l. 3. p. 1. n. 99. d. I. & I.*

§. 3.

Sed & Gentium Juri, *tam quod* intrà, *quàm quod* inter (a) *gentes hactenus viget, Protectoria suo modo inniti, è vero adstruitur, tum quòd observare liceat, non modò in nostro Romano-Germanico Imperio, sed & aliarum præsertim moratiorum Gentium Regnis ea passim impetrari,* (b) *tùm quod* inter Gentes *invicem, si non ea, quam consideramus modò, Protectorii species, ei tamen quàm similima alia, suo gaudeat securitatis effectu. Quid enim Legatorum literæ credentiales, Fecialium insignia &c.* (c) *sunt aliud, nisi Protectoria personarum istarum inter gentes? Et Gentium fermè consensu, Domus sua cuique ut tutissimum refugium* (d) *ita tacitum quasi protectorium est.* (e)

(a) Quam distinctionem Gentium Juris Vir Feltmanni judicio *tr. de Iure in re & ad rem* elegantissimi ingenii, nunc Cameræ Imperialis Assessor gravissimus Dn. Huldericus ab Eyben in sui: *ad Instit. disquis. Iurid. d. 2. o. 3.* observavit, ubi illud quo *intra sese* gentes utuntur, impropriè, id autem quo *inter se*, propriè Jus gentium dici asserit, ita ut isti ex similitudine quadam hæc appellatio tribuatur, allegatis eam in rem Grotio *de I. B. & P. in proleg.* D. Frantzk. *ad tit. de I. & I. n. 136 seq.* D. Rebhan. *hodeg. jur. ch. 2. clim. 1. paral. 1. 20.* non autem est aliud nisi quo plurimæ, præsertim moratiores gentes utuntur, tametsi origine suâ civile vel etiam quadantenus naturale sit; quo & Hortensius *in comm. ad I. de I. N. G. & C. §. 1.* spectâsse videtur, dum Jus Gentium ex singularium civitatum juribu aconstructum esse opinatur. Et huc pertinet, quod D. à Bœckelen defensionem seu protectionem territorialem subditis præstandam solis Magistratibus *Iure gentium* competere dicat *tr. de jur. prot. client. pag. 1. cap. 3. n. 6.*

(b) Quod Galli, Itali, Hispani &c. Juris Interpretes testantur, & huc referre

juvat,

juvat Regis Philistæorum Exemplum, quod modò in §. 1. è sacro Codice allegatum est.

(c) De quibus infrà fortè in affinibus, vid. interim Besold. *thes. pract. voc.* Herold. *ibique alleg.*

(d) Gajus I C. in *l. 18. tit. de in jus vocand.*

(e) Gregor. de Magalottis *tr. de secur. & salv. cond. part. 1. n. 9. & 10.* qui equidem, sicut post illum Becht. *tr. de secur. & salv. cond. cap. 2. θ. 29.* ad Jus civile hunc securitatis modum refert. Verùm, licet Justinianus è Gajo in allegatâ lege statuat, neminem è domo suâ in jus vocandum, i.e. latitantem in ædibus suis investigandum, & inde ad Prætorem in jus (non statim obtorto collo v. Bachov. *in tit.* πώτα *l. 2. t. 4. p. 450.*) trahendum esse; Rationem tamen, quam Gajus adfert, ipse non è civili tantùm jure, sed altiùs repetiisse videtur, quod verba generalia & pronomen *cuique* haud obscurè innuunt; ut proinde pacis domesticæ fundamentum non malè tam in legibus, quàm in natura civilis societatis quæsiverit D. Gerdesius *Diss. de Pace dom. c. 3. §. 1. 2.*

§. 4.

Jus civile *Romanum iisdem favere, vel ex eo patet, quòd Sacratissimus Legislator ex Ulpiano JCto* (a) *Præsidis Provinciæ injungat religioni, ne potentiores viri humiliores injuriis afficiant, atque sic generali quasi quodam protectorio infirmiores quosvis adversus potentiorum injustas oppressiones defendat.*

(a) In *l. illicitas 6. §. ne potentiores 2. tit. de offic. Præsid.* ad quam legem utpote hujus materiæ in jure civili sedem *5. c. 1. §. 5.* Dd. uberiori apparatu doctrinam securitatis in commentariis & repetitionibus tractant. vid Alb. de Rosate, Bartol. &c. *ad h. l.*

§. 5.

Quid Jure Canonum *hâc in re proditum sit, jam suprà* c. 1. §. 5. *ex parte subindicatum est. Nimirum illud non modò imminentis proximo periculi aversionem severiùs præcipit* (a) *etiam pro homicida eum habendo, qui cum potuisset,*

 hominem

hominem à morte non liberavit; (b) *sed & ipsemet Papa literas protectionis tum clericis tum laicis erogare præsumit, eorumque personas & res sub Apostolica protectione consistere declarat*, (c) *de quibus infrà in Affinibus pluscula.*

(a) *C. ab Imperatoribus 23. qu. 3.* Dn. Bœkelen *d. tr. p. 1. c. 3. n. 28. & seq.*
(b) *C. sicut dignum X. de homicid.*
(c) *C. ex parte 18. X. de Privileg.*

§. 6.

Utut verò Jura prædicta Protectoriis nostris basin præstent haud infirmam, propinquiores tamen natales ea moribus & consuetudini (a) *debent, quæ novissimè scripto quodam* Juris Publici *articulo* (b) *non parùm fulcita est.* (c)

(a) Quæ omninò ultra multiplicatam hominum memoriam se extendit; quo autem tempore primum orta sit, non facile constat. Si conjecturis locus, nata videtur apud Germanos tum temporis maximè, cum diffidationes, nondum sancitâ pace publicâ, in Imperio essent frequentes. Quo majora enim & frequentiora occurrerent pericula, eò pluribus ad obtinendam contra ea securitatem opus erat remediis. Conf. D. Bœckelen *pag. 2. c. 4. num. 12. 13. 14.*

(b) qui est §vus 8vus Capitulationis Leopoldinæ.

(c) Equidem videri poterat primò, hanc Protectoria dandi potestatem in d. capitulationis §. Imperatori magis constrictam, quam firmatam & ampliatam esse; Deinde, non eam quæ nobis propriè tractanda venit, ibi comprehensam Protectoriorum speciem, sed aliam quam *supra c. 1. §. 2. lit. d.* ab hac nostra distinctum ivimus. Verùm, licet Imperator sacratissimus promittat *cit. l.* se non permissurum, ut Imperii subditi tàm immediati quàm mediati, Protectoria ab Exteris Magnatibus impetrent vel accipiant, neque Se ejusmodi Protectoria confirmaturum, sed ut cassentur potiùs operam daturum; è regione tamen sese obstringit, effecturum, ut omnes (sc. Imperii med. & immed. subditi) *in suâ unius & Imperii protectione sint & maneant*; quô ipso quævis Illi in hunc finem à Statibus concessa & firmata sunt *Media*, hanc protectionem & securitatem tantò facilius

us obtinendi ac promovendi; atque, ubi *ordinaria* Ei haud sufficere videbantur, etiam ad *extraordinaria* & privilegiata manum auxiliatricem porrigendi. Quæ quidem in nostro Imperio eò magis locum inveniunt, quò faciliùs in vasto illius ambitu, à Potentibus ejus Membris, imbecilliores, quovis sub prætextu, opprimi, atque ordinaria media, quæ alias ad propulsandas Potentiorum etiam injurias salubriter prodita sunt, circumveniri possunt.

§. 7.

Causa efficiens *itaque* Principalis & primaria *est Invictissimus Imperator Romanus* (a) *semper Augustus, Pater Patriæ,* (b) *qui Majestatico,* (c) *sibique reservato* (d) *jure, vel merâ gratiâ, vel ad implorantis instantiam justâ causâ motus,* (e) *protectorium concedit.*

(a) Qui nimirum à Septemviris (nunc Octoviris) Imperii in Regem Romanorum, primùm electus, post per in augurationem soleonem in Imperiale solium legitimè evectus est. Ant. Colerus *de Iure Imp. Germ. sect. 7. 10.* atque adeò nunc temporis Omnium Serenissimus, Potentissimus atque Invictissimus Dominus, Dominus LEOPOLDUS, Cæsar, Augustus, Archi-Dux Austriæ &c. &c. cui, postquam summum hoc terrenæ dignitatis fastigium Richard. Dieter *de summâ Summi Imp. pot. concl. 79.* ante annos nunc unde triginta novem DEI favente clementiâ auspicatissimè obtigit, Supremus ille in cœlo GUBERNATOR seros adhuc Regiminis annos felicitate perennet; ut sub Sacrosanctæ suæ Majestatis Corona, ceu Protectorio divinitus dato, Imperium, cum singulis ejus Membris, maximis, mediis, imis, adversus quascunque intus & extus metuendas injurias, vivat, floreat, & altâ pace tam sacrâ quam profanâ tranquillè ac securè fruatur.

(b) Imò communis omnibus Pater, quam amabilissimam subditis ergà Ipsos relationem de Se suisquè Ante- & Successorib⁹ prædicare non dedignatur, JUSTINIANUS Imperator *Nov: 98. c. 2. circa finem,* omnes subjectos suos & filios & nepotes habere existimans, affectione *paternâ* & imitatione, *l. si quis filium 34. C. de inoffic. testam.* eapropter & maximorum, & mediocrium, & parvulorum curam gerendo. *Nov. 15. epil.* manusque protectrices eis porrigendo *Nov. 43. c. 2. in fin.* hoc titulo DEO quàm similimus, *Gail. de P. P. l. 1. c. 3. n. 12. 13. confer huc elegantem locum Deuteron. c. 10. v. 17. 18.*

imò Deus ipſe terrenus. *Pſ. 82. v. 2.* Anton. Coler. *de Iure Imp. Germ. ſect. 2.* ut optimè in Imperatorem congruat, quod Chryſoſtomus *in* ✝ 134. nonnihil generalius effert: Dextram (gladii ſc. potentiæ & authoritatis) à Deo habet, ut & ſibi ipſi & aliis injuriâ affectis opem ferat, ut ſcelera de medio auferat, ut *his, quibus violentia* & detrimentum *affertur, portus* ſit & refugium. Idque præprimis, quando inferiores in auxilio reddendo negligentiores exiſtunt Magnates, tum enim partes ſuas interponere, & injuriam paſſis opem ferre ſupremæ Majeſtatis eſt officium. Fort. Garſias *de Melior. & expenſ. cap. 12. n. 50.* Parlador. *rer. quotid. lib. 2. c. 1. n. 26.*

(c) Siquidem, inter cætera Iura Majeſtatis hoc Ius Salvaguardiæ ſ. abſolutæ & plenæ ſecuritatis *arg. l. 4. in fin. tit. de pœn.* referunt Thom. Michaelis *de jurisd. concluſ. 11. lit. f.* D. Schütz. *de ſtatu Rei Rom. exerc. 3. θ. 21. lit. k.* Dan. Otto *de jure publ. c. 11. θ. 16.* Sic & in Gallia idem ſoli Principi tribuit Caſellius ſuprà allegatus, dum, Tuitio, inquit ſicut indulgentia, famæ reſtitutio, ætatis venia, ſolius eſt Principis, quamvis etiam petere ac impetrare liceat à Magiſtratibus, vel iis, quibus dare Princeps juſſerit. *Variar. lib. 1. c. 1.* Atque hoc *Ius Salvæguardiæ* ſeu extraordinariæ protectionis, allgemeine ſonderbare Schutz und Schirms-Gerechtigkeit / ſeſe habet *circa protectoria* noſtra in Imperatore ut *ratio cauſandi*, cujus vi ac virtute ea conceduntur, & effectus ſuos exſerunt.

(d) Plus quàm notum eſt, Imperatorem certa quædam Iura Majeſtatis cum Statibus Imperii communicare; Hoc tamen ceu ſoli illi competens inter Reſervata Imperialia poſt alios intrepidè refert Stamler *de Reſervat. Imp. Rom. Germ. §. 63. n. 2.* hoc ductus inter alia palmario fundamento, quod Juris hujus exercitio conſenſum Electorum vel Ordinum etiam reliquorum Imperii de neceſſitate accedere debere, nihil quicquam cautum ſit; Nec in contrarium moveri paſſus ex eo, quod etiam Status Imperii Salvamguardiam & protectoria impertiant, cùm hæc territorii tantùm finibus circumſpecta ſint, Imperialia verò per totum Imperium vires ſuas emittant. Sane ſic habendum: Licet Imperii Principibus & Statibus, utpote qui per decantatam, ſuis tamen omnino limitibus circumſeptam regulam, tantum in ſuo territorio quantum Imperator in toto Imperio facere poſſunt. Ioach. Cluten. *ſyll. rer. quotid. concl. 26. lit. a.* Ioh. Nordermann *de jure Principatus θ. 89. lit. b.* Zach. Vietor *de exempt. Imper. concl. 4.* aliique magno numero allegati à Dan. Ottone *c. 17. p. m. 547.* protectoria dandi poteſtas & ſalvæguardiæ jus intra territorii cujusque fines exercendi, neutiquam deneganda, vel experientiâ teſte, vid. in Adjunct. N. XLV. idque jus ſi rem curatiùs perpendamus, quoad eſſentiam & quidditatem

ſaltem

saltem genericam a nostro nihil vel parùm differat; tamen Imperiale hoc ratione causæ efficientis, subjecti, objecti, effectûs, & actionum inde proditarum, magno dignitatis, authoritatis ac splendoris gradu à Principum jure protegendi differt, ut adeò inter Reservata Imperatoris adhuc jure meritoque referatur, & omninò verba Martini Mageri *c. 1. de advoc. arm. n. 8. in fin. junct. n. 81.* dicentis: *Quod igitur à summo Principe Imperiique Capite fieri quotidiè videmus, quis idipsum in Imperii Membris inferioribus, nempe Principibus, Comitibus, Baronibus, aliisque Statibus reprehendere ausit? cum utrobique quoad defensionis præstandæ formam, eadem sit ratio, & rectè etiam ab Imperialis Salvæguardiæ specie ad generalem protectionis constituendæ usum argumentum inducatur*, cum grano salis accipienda & saniori sensu explicanda sint.

(e) Duplex hîc innuitur *causa* Protectoriorum *impulsiva*. *Interna* magis prior, magis *externa* altera. Dico *magis*: Nam in utraque & interior motus, gratiaque Imperialis, Stamler *cit. loc. n. 3.* & vel aliqua petitio, vel meritum in impetrante externè concurrunt. Id verò heîc in differentiam observare licet, dari quædam protectoria Personæ uni aut alteri cum universa familia & hæredibus suis, ob bene merita fermè proprio Imperatoris motu, in signum & loco singularis gratiæ, quale est procul dubio, quod Wehnerus *obs. pract. voc.* **Schirm-Brieff** de seipso allegat; quædam verò ad petitionem & instantiam partis, justum metum allegantis, quandoque adversus certam personam gravantem, quandoque indefinitè, sæpe etiam ægrius, impetrari; quorum exempla in Adjunctis Acta suppeditabunt etiam.

§. 8.

Succedit alia causa effic. *Principalis quidem eadem*, vicaria *tamen, atque duplex, quarum altera, Rex Romanorum,* (a) *altera Vicarii Imperii sunt.* (b) *Ille, absente vel impedito Imperatore;* (c) *Hi, mortuo eo,* (d) *jus dandi protectoria exercent.* (e)

(a) Non ille, qui in casu vacantis Imperii eligitur, mox in Cæsarem promovendus: Nam is ab ipso Cæsare non nisi nomine ferè differt. Unde & attributa Cæsaris non semel Regi in *A. B.* adscribuntur, nec non *c. 4. & 5.* Rex & Cæsar promiscuè positi sunt; Sed, qui ab Electoribus *vivo* adhuc *Imperatore* eligitur, *ut eodem absente, vel aliàs impedito* Imperium administret,

miniſtret. Prout eum deſcribemus cum Cluten. *ſyll. rer. quot. §. 23.* Atque hic omnia ad Jurisdictionem & utilitatem Imperii pertinentia exercere, videlicet deportare, cauſas ſanguinis decidere, natalibus reſtituere, feuda Imperii conferre, cæteraque omnia expedire poteſt, quæ ſunt de Reſervatis Ipſius Imperatoris Tilem. de Benign. *Deciſ. Cam. Synt. 1. Dec. 2. vot. 8. num. 37.* adeoque & Privilegia & Beneficia de novo tribuere Reinking *de Reg. Sec. & Eccl. p. 329. &c.* Dum verò Regem Rom. in theſi ad *vicariam* Protectorii cauſam efficientem referimus, non aliud volumus, niſi quod Imperatoris vice vel loco, abſente ſcil. vel impedito Illo, hanc poteſtatem exerceat. Neque enim Regem Rom. qui poſt Cæſarem das oberſte Haupt im Reich etiam vocatur, cum Limnæo *Caput vicarium* ſtatuimus, qui eapropter à Celeberrimo Seniore Facult. Jur. Jenenſis Dno. Lynkero notatur in *Diſſ. de Rege Roman.* Neque iſtam controverſiam hîc movere animus eſt: *An Rex Rom. Majeſtatem habeat?* & ſi habet, *an propriam ac perpetuam, an verò vicariam, delegatam, temporalem?* quam doctè ac ſubtiliter enucleatam vide apud prælaudatum Dn. Lynkerum *in d. diſſert. Ienæ anno 1686. habita*; ubi Majeſtatem *eandem numero*, quam Cæſar habet, eamque *totam & perpetuam* in *actu primo* Regi Rom. tribuit: actum ſecundùm verò ſive *exercitium ex conventione* Seu pacto capitulationis, tum & Lege *ſeu obſervantia Imperii modum accipere*, refutatis diverſum ſentientibus docet.

(b) Qui vacante Imperio vices Imperatoris ſuſtinent. Palatinus nimirum & Saxo *A. B. c. 5. §. 1. & 2.* Quilibet in ſuo ſibi aſſignato tractatu: Dan. Otto *de jure publ. c. 16.* *Palatinus* ſcil. intra partes Rheni, Sueviæ & Juris (i. e. diſtrictus ut ex contextu *d. §. 1. c. 5. A. B.* interpretatur Author *Inſtit. I. P. t. 5. §. 7.*) Franconici: *Saxoniæ* verò *Elector* ibi, ubi jus Saxonicum viguit, ſive in diſtrictu Saxonico, d. A. §. 8. Palatino quidem poſt pacem Oſnabrugenſ. controverſia quoad vicariatum movetur à Bavaro, ſed ad Palatini partes inclinat. d. A. eò quod vigore A. B. & quidem authenticæ, i. e. Latinæ, Vicariatus non Electoratus, ſed Palatinatus adſignetur. Add. D. Ph. Reinh. Vitriar. *Inſt. Iur. publ. ſel. lib. 1. tit. 11. §. 5.* ubi utriusque partis fundamenta videas, cum conſiliis ut ex quorundam opinione tranquillitatis publicæ gratiâ utrique adjudicetur, & tertius Vicariatus conſtituatur.

(c) Gail. *de P. P. lib. 1. cap. 6. n. 8.* Cluten. *c. l. v.* Cammergerichts-Ordnung *part. 1. c. 1. §.* nemblich wollen ibi: oder im fall/daß Ihre Ld. die Käyſerl. Majeſt. nicht im Reich oder in der Nähe wären/Wir als Römiſcher König jederzeit den Cammer-Richter 2c. Reichs A. *de anno 1555. §.* und ſollen in oberzehlten 2c. ibi: Die Käyſerl. Majeſtät oder in deren Abweſen

auß

auß dem Reich ꝛc. Quando enim Cæſar præſens eſt, nec impeditus, Imperium Regis non conſpicitur, v. R. A. zu Speyer 1544. R. A. zu Wormbs 1545. R. A. zu Regenſpurg 1546. niſi quod Cæſar tunc ex arbitrio ſuo Regi, ut actus Imperatorios exerceat, ſpecialiter indulgere poſſit: unde legitur in quibusdam Diplomatibus Ferdinandi *III.* ſuperſtite Patre editis: In Krafft der Römiſch. Käyſerl. Majeſtät/ Unſers freundlich geliebten Vaters und Herrn / uns ertheilter Vollmacht. v. pluribus Dn. D. Lyncker *c. l.*

(d) Plerumque, vel aliàs per depoſitionem vel reſignationem, quin & abſentiam ejusdem, imperio vacante. Dan. Otto *c. l.* Gerlacus Buxtorff. ad *A. B. c. 5. θ. 54.* Aut. *Inſt. I. P.* Dn. Rhetius *l. 1. tit. 5. §. 4.*

(e) Non obſtante, quod ad Reſervata Imp. ea modò retulerimus, & Protectoria ſingularis gratiæ ſint, cujus utriusque reſpectu circa Vicarios Imp. dubium ſuboriri poſſet. Nam etiam ad Reſervata Poteſtatem Vicarii Principis regulariter extendi poſt Joh. Petr. Surdum *conſ. 281. num. 2.* docet Buxtorff. ad *A. B. cap. 5. θ. 72.* & quoad gratioſa, ea ſaltem Idem Autor θ. 73. Vicariis aſſerit, quæ alienationem non continent, nec in damnum Imperii vergunt, veluti ſi ſpurium natalibus reſtituant Franc. Marc. *deciſ. 618. n. 7. p. 1.* moratorias inducias concedant, quarum à Vicariis Imp. impetratarum præjudicium ſui temporis Ipſe Buxtorffius ibidem tectis nominibus allegat. add. Schütz *de Vicar. Imp. in Nucl. l. P.*

§. 9.

Quin & Commiſſarium Imperialem (a) *mandatâ vel delegatâ poteſtate idem facere poſſe praxis,* (b) *docet, tametſi aliquando tenor commiſſionis id non expreſſiſſet.* (c)

(a) Quem duplicem eſſe ſiſtit Juris Conſultiſſimus Dn. Lyncker *diſſ. de Commiſſario Imperial. §. 4. 5.* alium nempe JUSTITIÆ, qui cauſæ ex Jure Imperii diſceptandæ cognitionem & arbitrium inter duas partes litigantes Cæſaris decreto ſuſcipit. Alium STATUS, quem Imperator, ſi quando differentiæ nervum Imperii attingant, motu plerunque proprio decernit. Eoque, etiamſi cauſa quædam magis privata videatur, puta vectigalium, PROTECTIONIS vel alia, tamen, ſi quando ad ſecuritatem Imperii & tranquillitatem ejus attineat, nihilominus eam refert. *d. §. 4.*

(b) Exemplum vide in Adjunctis Num. *XII.* ubi Electores Reverendiſſ. ac Sereniſſ. Moguntinus & Palatinus Rheni, ut Comiſſarii Imperiales, Statib⁹

Provincialibus Archiepiſcopatûs Trevirenſis adverſus Electorem & ArchiEpiſcopum Trevirenſem Ejusque Conſiliarios & Miniſtros eosdem gravantes Protectorium concesſêre, Ex quo amplius & hoc cernere licet, etiam Subdelegatos id facultatis, ad juſtitiæ tamen, non meræ gratiæ protectoria utrobique reſtringendæ, ſibi adſciviſſe.

(c) Cujus rei cognoſcendæ gratia Commiſſionis dictæ Cæſ. tenorem inter Adjuncta ſub N. XII. infrà retulimus.

§. 10.

Cauſa adminiſtra *Imperatori circa protectoria deſervit alia* expediendo, (a) *alia* exequendo. (b) Iſtic *Duo ſumma concurrunt Imperatoris & Imperii Tribunalia, Judicium nempe Aulicum*, (c) *& Camera Spirenſis:* (d) *quorum tamen Illud Huic, in hoc negotio, & facilitate expediendi & frequentiâ palmam præripit.* (e)

(a) Quæ ſcilicet ſuper Quæſtione, an concedendum ſit privilegium? deliberat, & ubi, quod ſic, viſum fuerit, quâ formâ ſit ſcribendum, tribuendumve jubet, tum deinde, ut impetranti legitimo modo erogetur, curat.

(b) Quæ facit, ne protectorium conceſſum, ubi caſus evenerit, & Impetrantis ſecuritas periculum incurrat, ſuâ deſtituatur virtute & efficaciâ.

(c) Hoc eſt Collegium Præſidis & Aſſeſſorum, in Aula Cæſarea de cauſis Imperii jus dicentium. Dn. Ericus Mauritius, nunc Aſſeſſor Cameræ Spirenſis graviſſimus *Diſſ. de Iudic. Aulic. th.* 4. *in ſir.* Dicitur aliàs Senatus Imperii Aulicus, item Conſilium Aulicum Cæſaris, Limn. *lib. 9. I. P. cap. 4. n. 1.* frequentius autem Iudicium Aulicum Inſtr. Pac. *art. 5. §. 20. v. quoad Proceſſum &c.* item Aula Cæſarea *Capitul. Leopold. art. 18. ibi*: entweder *ad Aulam Cæſaream*, oder ꝛc. Germ. Der Käyſerl. Reichs Hoff-Rath/ v. R. H. O. *in princ.* D. Maurit. *c. l. th. 3.* Originem illius primam, ab ipſis propè initiis Imperii Romani, quo illud Reipubl. opponitur non abſurdè deduci poſſe arbitratur, adductis nonnullis in eam rem argumentis prælaudatus Dn. Aſſeſſ. Mauritius *d. Diſſ. th. 5.* Leges tamen & ordinem ejus primùm Ferdinandus Cæſar anno 1549. promulgavit, auxit Cæſar Maximilianus II. anno 1596. planè notavit anno 1614. Matthias Imperator. Conring. *de Iudic. Reip. Germ. th. 100.* Hanc Matthiæ Ordina-

Ordinationem tamen uſu non receptam fuiſſe monet ſæpe laudatus Dn. Mauritius *d. Diſſert. th. 19.* Poſtea demum recentior ſucceſſit anno 1654. à Ferdinando III. conſcribi juſſa, quæ hactenus quidem uſu obſervatur; ad illam tamen Status Imperii ſuis monitis audiri, & eam cum conſenſu ſuo perfici, jam diu deſiderant, jamque in modernis Comitiis occaſione controverſiæ cujuſdam illuſtris ea res impenſius à nonnullis urgeri videtur. De judicii hujus Aulici cum Camerali quoad prærogativam competentia non attinet hîc dicere. Tetigit hanc quæſtionem, & rationes authoritatesque nonnullas in utramque partem allegavit *cit. Diſſ. th. ult.* Dn. Mauritius, ſed prudens mentem ſuam de ea ſcripto aperire noluit. Cæterum, quod Protectorium expeditio ad hoc judicium pertineat, præter experientiam quotidianam ex Ordinatione Illius ſive der R. H. O. pateſcit: Inter alias enim cauſas, quæ objectum hujus judicii conſtituunt *tit. 2. in pr.* etiam Privilegia referuntur, quæ procul dubio Protectoria ut genus ſuam ſpeciem, comprehendunt. Verba der R. H. O. hæc ſunt: In unſern Reichs-Hoff-Rath ſollen alle und jede Sachen/ das H. R. Reich/ deſſelben Hoheit ꝛc. paulò poſt Privilegien, Indult, Confirmation, und anderes/ wie ſolches Nahmen haben mag/ und in ſumma, was nach der unfehlbaren Juſtiz dirigiret und decidiret werden ſoll/ ꝛc. die ſollen allda angenommen/ gerechtfertiget/ darüber erkennet/ und die Nothdurfft außgefertiget werden.

(d) Illud Dan. Ottone *in Diſſ. jur. publ. c. 11.* accuratiùs definivit, è Coll. mscr. I.P. Domini Schützen, Conſil. Cæſar. Aulici, Dn. Malcomeſius Aul. Haſſo-Darmſtad. *in Tractat. Synopt. de Illuſtri Foro Spirenſi* §. 11. quòd ſit ſcilicet judicium ab Imperatore Maximiliano I. cum conſenſu Statuum conſtitutū, in quo, exceptis quibusdam cauſis, controverſiæ Statuum in prima Inſtantia, mediatorum in ſecunda, remotâ appellatione deciduntur. Dicitur etiam Dicaſterium Imperii *I. P. Osnabr. art. 5. §. 6.* frequenter judicium Cameræ Imperialis, aut Camerale, aut Camera ſimpliciter v. Roding. *tit. Camer. p. 2.* Nobis in vernacula Das Käyſerl. Cammergericht/ item Das Käyſerl. und des Reichs Cammergericht zu Speyer *Capitul. Leopold. Imp. art. 18. ibi* entweder *ad Aulam Cæſaris,* oder ꝛc. ꝛc.

(e) Teſte Iuliano Magenhorst Cameræ quondam Aſſeſſore *cent. obſ. Camer. obſerv. 48* (ex quo & Magerus *de Adv. armat.* & Beſoldus *in Theſ. pract. voce* Schirm-Brieff allegant) diſertis verbis aſſerente, Privilegia Protectionis in Aula Cæſarea facilè & frequenter, in Camera verò difficulter & raro concedi ſolere. Cujus rei, non additam ibi rationem ſi inveſtigemus, gemina forte dari poterit; vel, quod per Protectoria Statuum jura in conſequentiam facilè lædantur, quod Camera, quæ ab Imperio

& Statibus simul pendet, præcavere mavult, vel quod Privilegia Protectionis concedendi facultas singulare sit Reservatum Imperatoris, in quod judicium Camerale se haud facile intromittit. Imò amplius D. Mauritius *in s. c. diß. de Iudic. Aulic.* θ.13. ubi de concurrentia utriusque Judicii doctè, ut solet, disserit, inter alias causas, Feudales, scilicet, Regalia Feuda concernentes, causas Italicas, veniæ ætatis Concessionem, Restitutionem famæ, causas criminales, Statuum Imperii, etiam CONFIRMATIONES PRIVILEGIORUM Judicio Aulico soli adscribit, Cameræque Iurisdictionem ab iis prorsus excludit, Confer Klöckium *Tom. I. Consil. XI. à num. 21. usque ad 30.* Quod si Confirmationes privilegiorum, multò magis Ipsam eorum primam Concessionem. Ut adeò fermè dubium reddatur, utrum Cameræ causalitas & concursus non magis *ad exequendum* quàm *expediendum* in hoc negotio comparata sint: nisi distinctione fortè rei succurramus, dicendo: si merâ vel maximam partem gratiâ nitatur Supplicantis petitiò, è Camera vix sperandam esse expeditionem; Sin verò imminens aliquod periculum, justus metus vel talia verosimiliter allegentur, & contra certas personas querela dirigatur, Hoc etiam Iudicium auxilio & expeditione non defuturum, ubi tunc Protectorium datum, cum Mandato de non offendendo, de quo infrà in Affinibus, fermè coincidet. Dixi paulò ante: *magis ad exequendum*; Nam, causas & querelas violati privilegii Cæsarei ad Cameram spectare satis notum est, adeoque dum Camera in ejusmodi actione judicat, magis ad id confert & exequitur, ut privilegium ab Ipsomet Imperatore concessum sartum tectum sit, nec ulla violatione aut circumventione labefactetur aut infringatur.

§. II.

Exequendo *deserviens causa est vel* ordinaria & communis, *vel* extraordinaria & peculiaris. Illa *sunt quilibet Magistratus subalterni, Imperatorem recognoscentes superiorem, qui ne impetrantem contra protectorium gravari patiantur, etiam sub pœna in eo jubentur,* (a) *quò referri quoque non incommodè possunt 1. Heroldi s. Feciales Imperii* (b) *2. Fiscalis Cæsareus.* (c)

(a) Hinc videre licet in *Adjunctis* Protectoriorum formulis, quod ea præ-

via

via salute ferè semper dirigantur ad Electores, Principes Ecclesiasticos & Seculares, Prælatos, Comites, Barones, Dynastas, Equites, Nobiles, Capitaneos, Præsides Provinciales, ViceDominos, Advocatos, Præfectos, Sculretos, Consules, Judices, Senatores, Cives & Communitates, injungendo iis, ne vel ipsi Impetrantem contra protectorium gravent, vel ab aliis gravari patiantur, darwieder nicht tringen/ beleidigen/ bekümmern noch beschwehren/ noch das Jemanden andern zu thun gestatten. item bey einer pœn, nemlichen ····· Marck Löthiges Goldes zuvermeiden/ die ein jeder/ so offt er hierwieder handeln wird/ wie auch eine jedwede Obrigkeit / so sie freventlich hierwieder zu thun verstattete uns 2c. zu bezahlen verfallen seyn sollen. Unde simul patet, dictos Electores, Principes &c. duplici modo in Protectoriis considerari, uno, ut cives Imperii, adeoque Imperatori & Imperio certo modo obnoxios, non aliter, ac subjectum passivum, contra quod præceptio illa protectorialis dirigitur, sive cui, sicut in universum quibuslibet subditis, offensio Impetrantis sub pœna prohibetur; Altero, ut Magistratum (sumpto hoc vocabulo in sensu non speciali & Romano, vid. Sutholt. *de Iurisdict. aph. 4.* Dn. Struv. *ad tit. ex 4. θ. 8.* sed generali pro quavis potestate Politica) adeoque causam efficientem administram, cui potestas, vis atque Jurisdictio aliqua competit, hoc brachio suo subalterno Imperatoriam Majestatem in protegendo adjuvantem, vid. Becht. de Securit. *c. 3. θ. 41. G.* quæ consideratio jam huc pertinet.

(b) 5. Heroaldi, item Heraldi, Caduceatores, Käyserlichen Reichs Herolden/ personæ cum insignibus Imperii, in certa tunica ab Imperatore data, ante poneque depictis, Becht. *de securit. th. 180.* dum officii munia obeunt incedentes. Quæ autem sint eorum officia, tum aliâs, tum quoad nostram materiam è Pastorii *Floro Europ. part. 5.* discere est. Ita enim ille habet §. *67. sub titulo*: Der Herolden noch heutiges Tages in guter observantz hergebrachte Statuta und Ordnung. Erstlich haben die regierende Käyser und König die Herolden eingesetzet und verordnet als Legaten und Gebietere der adelichen Tugend/ und Verbieter der Laster/ auch Ihnen alle Macht und Gewalt gegeben/ die Käyserliche Edicta/ Befelch/ Schutz und Adels-Brieff/ bey darinnen gesetzten Straffen/ so sie gleich exequiren mögen / wie auch die Reichs-Abschiede/ Policey-Ordnung und dergleichen / von Jedermänniglich ohne einige Außflucht halten zu machen 2c. Olim iis in hac officii parte non omninò absimiles erant IRENARCHÆ, disciplinæ publicæ & corrigendis

corrigendis moribus præfecti *l. ult.* §. 7. *tit. de muner. & hon.* ad provinciarum tutelam quietis ac pacis per singula territoria facientes stare concordiam, ut loquuntur Imperatores Honorius & Theodosius *in l. un. C. de Irenarch.* quorum operam tamen cæteram publici boni gratia utilem ac necessariam, ne quis ultrà forsan ac par est, hinc æstimandam arbitretur, pressius designat Gothofredus *in not. marg. ad l. 6. tit. de custod. recor. lit. c.* scil. fuisse munus Irenarchæ apud Romanos reos apprehendere, interrogare, cum elogio ad Magistratus mittere; ibidemque eos cum Præpositis Mareschallorum apud Gallos aliquatenus comparat. Confer. eund. *in l. 35. §. 5. tit. ex quibus caus. Maj. in int. rest.* Coler. *de proc. execut. part. 4. cap. 1. n.* 171. Brunnem. *in d. l. un. C. de Irenarch.*

(c) 5. Procurator Fisci Cæsarei, qui causas fiscales nomine Fisci Cæsarei in Judicio Camerali prosequitur. Inter quas & hæc est, si quis Mandatis Cæsareæ Majestatis vel Judicii Imperialis non paruerit. Blum. *Proc. Cam. tit. 30. num.* 10. ubi pro qualitate & tenore Mandati vel Privilegii Fiscalis pœnam ei insertam, vel totam, vel quoad dimidiam partem persequitur. Notari tamen hîc è Blumio *d. l. tit. 30.* §. 11. meretur, quod Fiscalis ad suam partem agere nequeat, si pars læsa non simul agat, de quo infrà circa effectum.

§. 12.

Extraordinariè & in specie: *S. Cæsarea Majestas quandoque uni vel pluribus* (a) *Imperii Statibus* (b) *potentioribus conservationem & executionem Protectorii expressim committit.* (c)

(a) Qui plures, in respectu ad Collegas Comprotectores dici possunt, de quibus in terminis Advocatiæ quæstiones aliquas habet Magerus *de Adv. arm. c. 13. n. 420.* 411. 418.

(b) *Imperii statibus* non exteris, & ab Imperii Jurisdictione exemptis Principibus & Potentiis, rectè committitur Protectio Civium Imperii, sive mediatorum, sive immediatorum, seu Protectoriorum ab Imperatore iis datorum conservatio & executio. Nam illud gravibus de causis ab Imperatore nostro Sacratissimo LEOPOLDO *in Capitulationis suæ art. 8.* ita cautum ac promissum est. Ne scilicet eâ occasione Status Imperii ab Imperatoris & Imperii immedietate, velint, nolint, eximerentur. Confer omninò VIETOREM *de caus. exempt. Imp. Concl. 20. & infrà c. X. §. 5.*

(c) Cu-

(c) Cujus rei exemplum in Adjunctis num. XXXV. videre est, ubi Reverendissimis Electoribus Moguntino & Trevirensi Protectorii Viduæ de Sickingen dati conservatio commissa, ac demandata est his verbis: Auch zu dessen allen nachdrücklicher Handhab/ Rettung und Vertheidigung obbesagter Churfürsten zu Mayntz und Trier E. Ld. vollkommene Gewalt und Macht gegeben/ befehlen denenselben hiemit auch gnädiglich/ daß Sie/ mehrbesagte Wittib und Kinder/ wie auch deren Vormünder/ sampt allen ihren Haab und Gütern/ wieder allen unbilligen Gewalt / und oberwehnte neuerliche Eingriff und Zunöthigung/ bey diesem Unserm Kayserl. Protectorio kräfftiglich conserviren und handhaben. Pertinet huc etiam Protectorium, à Ruperto Rom. Rege civitati Fridberg, anno 1400. (Vid. in Adjunctis No. IX.) concessum, ubi non minus Tribus Electoribus Ecclesiasticis, Moguntino, Coloniensi & Trevirensi Archi-Episcopis, conservatio privilegii, licet stylo & formulâ diversis injuncta est. Adde, quæ habentur infrà de Conservatoriis *cap. 8.* §. *4.* Et possunt, imò tenentur Hi Conservatores etiam armis, ubi necessitas fert, & Impetrans requirit, (Conf. tamen quæ suprà *c. 2.* §. *3. h. 2.* è P. Fridero Mind. *d. 2. de mand. cap.* 14. §. 9. adduximus) hoc protectionis mandatum exequi. Ex quo capite prædicti duo Electores ceu Sickingensis protectorii Conservatores, præsidium militare in arcem Ebernburg anno 1668. ad requisitionem Viduæ immiserunt, non obstante, quod Elector Palatinus, qui Jus aperturæ in arce illa habebat, sibique per talem exequendi Protectorii modum tanquam tertio præjudicari quærebatur, valdè contradiceret. Vid. literas inter eos reciprocatas hac de re in Appendice *Diarii Europ. part. 17.* Quandoque conservatio Protectorii nominatim ad Directores Circuli an die Cräyß-außschreibende Fürsten dirigitur, id quod in Protectorio d. 9. Febr. 1683. pro Imperiali quadam civitate in circulo Super. Rhenensi factum est, præscripto simul conservandi modo, scil. ut Illi ad implorationem Impetrantium turbantes nomine Imperatoris zu förderlicher Abstellung der Thätlichkeiten in der Güte ermahnen / und da solches nicht verfangen wolte/ die Sache zu weiterer Käyserl. Verordnung berichten solten. vid. Adj. N. XI.

CAPUT

CAPUT IV.

QUINAM POSSINT PROTECTORIA IMPETRARE, ET CONTRA QUOS, SIVE DE SUBJECTO EORUM TAM ACTIVO, QUAM PASSIVO.

§. 1.

Quemadmodum supplicare, quod dici solet, nemini non permissum: ita subjectum *protectorium, si* in statu petendi *consideres, erunt omnes omnino homines, qui supremi in terris Monarchæ tutelam atque defensionem adversus vim metumque desiderant,* in statu impetrandi, *non item, siquidem non aliud subjectum hîc statuemus, nisi personas tales, quas S. Cæs. Maj. ejusdemque Consilium singulari gratia dignas, vel ob causas in libello supplici expositas & moventes extraordinario hoc securitatis remedio indigentes existimant.*

Et non incommodè SUSCEPTOS appellaveris, quam denominationem iis, qui per contractum clientelarem in fidem nostram suscepti sunt, tribui testantur, Cujac. *ad l. 132. π. de V. O.* Arnis. *de Iure Maj. c. 3. n. 2.* D. Bœckel. *c. l. p. 1. c. 41. num. 9.*

§. 2.

Sive de cætero sint Ecclesiasticæ, (a) *sive Seculares.* (b)

(a) Etenim si Imperator Romano-Germanicus Jure, quo gaudet, Sanctam Dei Ecclesiam tuendi, etiam Juramento, non fidelitatis, sed reverentiæ erga Deum, Anton. de Rosellis *Tr. de potest. Imp. & Pap. p. 1. c. fin. per tot.* ad id adstrictus, recte illius (adeoque præprimis Clericorum, qui quorundam sensu & opinione Ecclesiæ nomine præcipuè continentur, Mart. Neapol. *in Dig. Nov. Tom. 6. lit. m. voce Monasterium cap. 10.* & quarumvis Ecclesiasticarum personarum Th. Hopping. *de jur. Protect. θ. 9. lit. a.*) Advo-

Advocatus & Defensor *text. in Sacro Cod. Esaiæ. c. 49. v. 23. c. venerabilem v. nunquid de Elect. Clement. unic. de jurejur.* Etherius Mohr *in Tom. 2. jur. publ. de jurisd. c. 1. §. 15.* Custos & Protector Philip. Melanchton *in orat. recitat. in Electione Caroli V.* Ein rechter Vogt und Schirm-Herr der Christlichen Kirchen Maximil. I. **in Auffsatzung und Ordnung zu Trier und Cöln auffgerichtet** *anno 1512. §. 4.* Der oberste Vogt und Beschirm-Herr des H. Christlichen Glaubens Carolus V. *in constit.* **wider die Wiedertäuffer zu Speier** *anno 1529.* **auffgerichtet** *§. 1.* Oberster Vogt der Christenheit R. A. *de anno 1530. §. 11.* appellatur & est, meritò ad Imperialem S. Majestatis thronum confugiunt, quotquot è Clericorum sive Ecclesiasticarum personarum numero, adversus potentiorum oppressiones tutelam & defensionem implorare necesse habent, iisque si, cæteroquin nullum occurrat obstaculum, Cæsareæ ac privilegiatæ symbola Protectionis à Regia Suæ Majestatis Manu porriguntur, quin & per Ministros Imperiales immediatè, vel mediatè per Sub-Advocatum iis constitutum, casu eveniente conservantur. c. Th. Hœpping. *d. tr. §. 31. lit. a.* Non attento, quod lividis fortè oculis quidam hoc respexerint è Pontificibus vid. *cap. 10. de constit. & c. fin. de reb. Eccles. non alien.* & in Cabilonensi Concilio (quod extat *tom. 2. Concil. fol. 132.*) *c. 15.* decretum sit, ut Abbates vel Monachi vel Agentes Monasteriorum, seculari, *ubi vitari potest*, penitus non utantur patrocinio, nec sine Episcopi sui permissu ad Principis præsentiam ambulare audeant, minitatâ secus facientibus excommunicatione. Nec à protectionis hujus Cæsareæ emolumento Ecclesiæ Augustanæ Confessionis Personas Ecclesiasticas (de secularibus enim res minus dubia) excludemus. Quis enim præsumat, quenquam esse, qui arbitretur, Papalis Ecclesiæ defensionem ab Imperatore promissam eò extendendam esse, ut teneatur Imperator quoscunque diversæ religionis homines odio, ferro igne persequi. Quin, sicut Protestantes eodem cum Catholicis vinculo Subjectionis & fidelitatis S. S. Cæsareæ M. juncti sunt; Ita Pax Religiosa anno 1555. à Carolo V. sancita, & Pace Westphalica, juxta ac Capitulationibus Cæsareis confirmata idem eis securitatis ac defensionis præstat beneficium. Confer *infra c. 10. §. 5. lit. b.* Nec quicquam causæ subest, cur extraordinarium etiam Salvæguardiæ remedium, ubi opus fuerit, & causæ expositæ sic postulaverint, foret denegandum. Cæterum, exemplum Protectorii Cæsarei in Personam Ecclesiasticam (quâ conditione eum meritò censemus, v. Hœpping. *d. tr. §. 29. lit. b.* P. Duennas *reg. 103. lim. 6.* Klock. *p. 3. Conf. 108. n. 43.* Magistrum sc. Ordinis D. Joh. collati B. Lectori exhibemus ex Hortledero de causis belli Germ.

Adj. No. I. *tom. 1. lib. 5. c. 10.* infrà in Adjunctis N. I. & aliud Academiæ Ienensi (siquidem & Illæ hoc jure censentur, Matth. Steph. *de Academ. c. 13. n. 2.* Limnæus *de Academ. diß. 6. 4. a. & th. 19.*) clementissimè ante decennium &
No. II. quod excurrit, concessum. N. II.

(b) De His nullum est dubium, & secularium sive Laicorum Protectoriorum exempla passim occurrunt & nos, in cæteris adjunctis varia producemus in medium.

§. 3.

Illustres (a) *Nobiles* (b) *Ignobiles.* (c)

(a) Utut forte his concessa Protectoria ejusmodi privilegiata non adeò sint frequentia, eò, quòd Electores & Principes Imperii, majorem partem, tam sint potentes, ut injuriis ac violentis oppressionibus per se satis obviam ire, & ad extraordinarium hocce remedium confugere necesse non habeant, tamen adsunt etiam ab Illustribus petitorum, quin & concessorum exempla. Quantæ querelæ à Serenissimo Holsatiæ Duce Christiano Alberto adversus Potentissimi Regis Daniæ vim majorem hactenus auditæ sint, Acta publica nostri temporis testantur. Ut igitur omni meliori modo pluribus violentiis, quas metuit, obviaret, Protectorium à S. Cæs. Majestate pro se, omnibusque Ministris & Subditis petiit & impetravit,
N. III. quod exhibemus inter Adjuncta N. III. Et Diarium Europæum *part. 20. seu contin. 19. in append.* refert, quâ ratione Sereniss. Vidua Comitissa Hanoviæ, nata è domo Palatina adversus Comitem Hanoviæ Fridericum Casimirum Protectorium petierit & obtinuerit, quod sistat Adjunctorum Nu-
N. IV. merus IVtus.

(b) Quibus præsertim Immediatæ & liberæ nobilitatis, personis concessa protectoria sane magis frequentantur. Faciunt huc, quæ Bechtius habet *de Secur. §. 160*: Et Principes quidem, ait, vigore potentiæ suæ in sua integritate facilius se tuentur: Comitum verò, præsertim minus Potentum ac Baronum, & maximè Nobilitatis seu Ordinis Equestris der Ritterschafft, ut & quarundam Imperii Civitatum dignitati, libertati, fortunæ atque terris subinde à Potentioribus pro re nata Landsassiatus, quem vocant, ceu rete quoddam tenditur; cui avertendo ante annos non ita multos à Cæs. Maj. literas ad Cameram Imp. de processibus, tuendæ Nobilium libertati, contra gravamina sub prætextu illius Landsassatus à Potentioribus illata aut formidata haut gravatim decernendis perscriptas fuisse refertur. *Symph. tom. 3. voc.* Land-Saß. Hæc Bechtius. Ad eundem finem Protectoria etiam haut infrequenter extrahunt, cui testis exempli loco sit Protectorium à Nobilissimo Pari de Streitberg non ita pridem impetra-

impetratum sub N. V. Nobilibus etiam Doctores, quos virtus & eruditio nobilitant, accensemus. Proinde & Doctori I. Hiltnero anno 1540. ab Imp. Carolo V. concessum Protectorium exempli gratiâ sistimus in Adjuncto N. VI. *N. V.* *N. VI.*

(c) Nam & illiteratos & inferioris conditionis homines hâc Imperiali gratiâ non indignos censeri testatur Adjunctum N. VII. quod Civi & Mercatori nuper concessum est Protectorium, uni alterive procul dubio, à sinistro illius eventu haut incognitum. *N. VII.*

§. 4.

Sive una singularis persona (a) *sit, sive plures, &, vel consortes,* (b) *vel familia,* (c) *vel civitas integra* (d) *aliave universitas.* (e)

(a) Quale est quod Ioh. Augustinus Pastorius Protonotarius Apostolicus, Consiliarius & Historicus Cæsareus *Part. V. Flori Europ.* exhibet, sibimet ipsi anno 1659. ab invictissimo Imp. Leopoldo I. concessum, ubi quidem famuli ejus & cognati etiam, non tamen nisi accessoriè, comprehensi sunt Et ejusmodi alia plura invenias passim.

(b) Sic duobus fratribus Nobilibus Generosis de Streitberg ceu Consortib. datum est protectorium, quod modò retulimus inter Adjuncta sub N. V.

(c) Eaque aliquando quoad singulas personas nominatim exprimitur, ut in Protectorio Civi dato in Adj. N. VII. nonnunquam in genere, Mit seinem Weib/ Kindern/ rc.

(d) Talia sunt bina Protectoria Trevirensi Civitati ab Otthone Imp. anno 1211. & Conrado anno 1242. data, quæ vid. in Adj. N. VIII. item aliud a Ruperto Romanorum Rege civitati Imperiali Fridberg concessum anno 1400. quod ob styli antiquitatem, tum alia ex eo observanda (v. 5. §. ult. cap. præc.) inter Adjuncta sub N. IX. è Responso Juris 5. dem gründlichen Bericht der Stadt Friedberg Stand und Privilegien betreffend. *Part.* II. N. 45. & (qui inde excerpsit.) Magero *de Adv. Arm. c. 9. n. 709.* referre non pigrabimur. Addemus sub N. X. recentius aliquod Civitati Bremensi adversus Regis Sueciæ Commissarios, immedietatem illius oppugnantes, anno 1653. à Ferdinando *III.* glor. mem. erogatum, & aliud novissimum, nec inelegans, quod sub finem cap. præc. certâ ratione allegavimus. N. *XI.* *N. VIII.* *N. IX.* *N. X.* *N. XI.*

(e) Ita, cum circiter annum hujus seculi currentis tricesimum Status Provinciales Archi-Episcopatus Trevirensis in po. Collectarum, aliorumque gravaminum, magnas haberent controversias cum suo Domino Archiep. & Electore Philippo Christophoro, ad quas componendas Electoribus

 Mogun-

Moguntino & Bavaro à S. Cæſ. M. commiſſio data erat, Ii Statibus adverſus prædictum Electorem, Protectorium & Caſſæ Reſtitutorium conceſſerunt. d. 2. Aug. An. 1631. quod ex Actis illis ſub titulo: Gründlicher Bericht über die jenige Streitigkeiten/ ſo ſich verhalten zwiſchen den betrangten geiſt- und weltlichen Ständten des Ertz-Stiffts und Chur-Fürſtenthums Trier als Appellanten und Klägern eines: So dann dem Hochwürdigſten Fürſten und Herrn/ Hn. Philips Chriſtoffen/ Ertz-Biſchoffen und Churfürſten zu Trier Appellaten und Beklagten andern Theils.
N. XII. Gedruckt im Jahr 1633. ſub No. XII. Benevolo Lectori exhibemus; & cum *ſupra c. 3. §. 9.* dictum ſit Commiſſarios Cæſaris aliquando ex poteſtate delegata partibus Protectoria dare poſſe, etiamſi tenor Commiſſionis id forte non expreſſiſſet, huic aſſertioni confirmandæ, ipſius Commisſionis Cæſareæ tenorem in dictâ cauſâ, ex alleg. Actorum cap. 6. ſubjungere placuit. Adde ſi libet pro exemplo alio Protectorii, Collegio s. Univerſitati conceſſo Num. ex Adjunctis *XXXVIII.* ut neſciam, qui Maſtrillus intelligat id quod *l. 3. deciſ. 263. n. 28.* dicit, Salvamguardiam non dari multitudini perſonarum, ſed tantùm aliquibus certis perſonis; cum ipſa praxis quotidiana, ſaltem in Imperio noſtro R. G. contrarium ſatis doceat.

§. 5.

Non tantum S. R. G. Imperii Subditi, (a) ſed & Peregrini ſ. Extranei. (b)

(a) Sive immediati, ſive mediati. Magerus *de Advoc. arm. c. 8. n. 386.*

(b) Cum & Hi ex æquitate Juris Naturæ & G. cum Civibus Rom. tum commeatus & hoſpitii, tum bonorum ſecuritate, in orbe Romano gaudeant, Becht. *de Secur. & Salv. cond. th. 80.* Sic Ludovicus Imperator Caroli M. Filius quosdam ex Hiſpania migrantes non modo in ſubditos, ſed & in ſpecialem protectionem recepit, conceſſo iis diplomate protectitio, quod è Pithœi annalib. Francicis Magerus *d. tr. c. 8. n. 392.* recenſet, & nos antiquitatis & varietatis gratia ſub N. XIII. infrà in exemplum adjunximus. N. XIII.

§. 6.

Omnium maximè verò Viduæ & Pupilli, (a) aliæque perſonæ miſerabiles & favore dignæ. (b)

(a) Quorum protectio, ut è Bechtio Magerus *d. tr. c. 3. n. 104.* affert, talis tantaque eſt, ut viduas atq; pupillos tangentes, pupillam divini oculi attrectare, eosdem prementes, cædentes, violantes, ultricibus divinæ iræ flam̃is vindictæ punitioniq; immiſericordi ac ſeveræ ſeſe offerant. Confer. Becht. *de ſecur. claſſ. 5. th. 245.* Proindeq; Viduâ Nobilis. A. R. de Kunsberg pro ſe & Filia

ſua

sua Pupilla Protectionis Diploma adversus agnatos procul dubio facili negotio impetravit, quod sistit Adjunctum N. XIV. cui adde aliud Viduæ de Sickingen pro se & filio datum, Eique conservando Elector Moguntinus Commissionem accepit, cujus tenorem v. in Adj. N. XXXV. N. XIV.

(b) Quo Senes, Mulieres fermè in genere &c. referuntur, vid. tr. Dan. Gehe *de Iure personar. miserabil.*

§. 7.

Neq; in totum è numero subjectorum Privilegiatæ protectionis Cæsareæ capacium exterminamus Judæos, (a) Paganos s. Ethnicos, (b) infames, (c) & eos, qui ne in clientelam à quopiam recipiantur, ab ipso Imperatore prohibiti sunt. (d)

(a) Quemadmodum enim hi ob insigne quod fidei nostræ præbent testimonium Carpzov. *Resp. Elect. lib 5. t. 4. r. 38. n. 4. &* spem conversionis Oseæ *c. 3. v. 5.* sub certis conditionib. ac legibus, quarum Dan. Otto *in Iur. publ. c. 19. p. m. 644.* nonnullos recenset, constricti, rectè in Rep. Christianâ tolerantur D. Eberh. Fabricius *in repetit. Gailii lib. 2. O. 5. sect. 4.* ibiq; allegati; ita Imperatores Honorius & Theodosius *in l. 14. C. de Iudæis & Cœlic.* securitati eorum, ne perperam sine ulla ratione læderentur, expresse provisum voluêre Bald. *cons. 315. in pr. vol. 1.* Rol. à Valle *cons. 25. n. 12. vol. 3.* Conf. Merckelbach. ap. *Klock. cons. 37. n. 216. 223. ib. q; alleg.* Idq; eò plus necessitatis præ se fert, quantò magis suo juxtaque patrum delicto, miser hic in universum ferè mundum, juxta Christi Salvatoris vaticinium dispersus & velut vulnera sua suppliciumq; ostendens (eleg. Chrysost. *in Ps. 8-3.*) populus variis contumeliis ac insultibus, quasi liberiori licentia, expositus est, quod Francofurtensis ille tumultus sub initium hujus seculi satis exemplo testatum fecit. Refert Franciscus Marinius *de scopo Reip. Polon. c. 13. pag. 312.* quod Cracoviæ circa Festum Ascensionis CHRISTI Judæi à Studiosis, ut dicuntur (qui tamen sint plerunq; fæx vulgi, & desidiosa calonum manus) vi jactitati cujusdam veteris privilegii non modò trucidentur impunè, sed & bonis exuantur. Idq; suo tempore non semel Leopoli factum esse. Ex adverso etiam magnâ eos in Poloniâ gaudere libertate, adeo ut Polonia Judæorum asylum à nonnemine dictum sit: cujus incrementum à Cromero *lib. 12. Hist.* Casimiro M. tribuitur, eò quod usus fuerit consuetudine Judææ Hester nomine. Quem tamen idem Marinius excusat, cùm vix credibile sit Regem optimum tam impio fuisse usum concubitu. Privilegium, quo Carolus V. Imperator Judæos universim in suam & Imperii tutelam ac protectionem recepit à Rudolpho II. in Comitiis Ratisbon. anno 1605. Spiræ confirmatum, exhibebit Adjunctum N. XV. N. XV.

(b) Qui

(b) Qui ſimiliter ac Judæi eleganti protectorio vallati ſunt ab Impp. Honorio & Theodoſio *in l. 6. C. de pagan.* neque ob id ſolùm, quod infidelis quis eſt, jure naturali & divino, dominiove rerum, atque adeo ſecuritatis beneficiis privandus eſt. Covarruv. *in c. peccatum p. 2. §. 10. n. 2.* Nicol. Moron. *de fid. treug. & pac. qu. 5. n. 4. & ſequ. & qu. 120. n. 114. & 116.* Becht. *de ſecurit. th. 90.*

(c) Infamibus quidem portæ dignitatum non pateant, arceanturque ab omni honeſto contubernio *l. 8. C. de decurionib. l. Iudicis C. de dignitat.* adeo ut nemo, vel hoſpitio, niſi eorum ſimilis eos ſuſcipere debeat per gloſſ. & Bartol. *in l. 1. tit. de Receptat.* ut hinc meritò quis dubitet, utrum Cæſareo protectionis beneficio digni cenſeri debeant. Tamen cum infamia cum protectionis beneficio nihil commune habeat, neque impediat, quo minus quis defendi debeat, Bald. *in c. 1. quo tempor. mil. num. 3.* Roſenthal. *de feud. c. 8. concl. 9 gl. lit. I.* nec infames, ſiquidem eorum vitæ atque bonis Leges pareant, à judicio & juſtitia obtinenda excludantur M. Magerus *de adv. arm. c. 8. num. 362.* omnem impetrandi protectorii Cæſarei ſpem ipſis, quâ infamibus, non præcludemus, præſertim ſi ſit protectorium juſtitiæ, non gratiæ. Hoc enim quia ſingulariſſimum eſt beneficium, cum maximo honore conjunctum in infamem conferri non ibimus aſſertum. Dixi modò, *quâ infamibus*, quoniam ubi cum infamia admixtum foret tale crimen, quod ſui naturâ protectionis beneficium repelleret, ut crimen hæreſeos &c. jam, ſed ex alio capite, incapaces cenſeri omninò debent.

(d) Heîc pro exemplo eleganter nobis occurrunt Subditi Domus Auſtriacæ qui, referente Paſtorio *in Flori Europæi part. V. p.* inter alia Sæ. Domus privilegia (à Carolo IV. anno 1366. Wenceslao 1397. & Carolo V. 1530. ſub dato Augſpurg d. 8. Septembr. confirmata) in protectionem Imperii ulliusve Principis recipi prohibentur. Verba Privilegii ſunt: **Es ſoll auch das Reich / noch keine andere Herrſchafft / niemals von des Hauſes Oeſterreich Unterthanen in Schutz noch Schirm nehmen auch kein Geleit in der Fürſten von Oeſterreich Land geben / noch jemand weder frey noch zu recht zu begleiten haben / ſondern aller Schutz und Schirm und alle Vergleitung in allen Landen des Hauſes Oeſterreich allein denen Fürſten zu Oeſterreich zu geben gebühren und zuſtehen.** Si quicquam de ampliſſimi hujus privilegii ſenſu in medium proferre licet, vix cenſendum arbitramur. Sacratiſſimum Collatorem Succeſſoribus in Imperio quoad Jus Salvæguardiæ ſeu ſingulariter privilegiatæ protectionis tanquam Reſervati Majeſtatici præjudicare, idque Illis in Auſtriaco Circulo ampliſſimo Imperii membro per hoc privilegium

gium ademptum, sed illud tantum voluisse, ne Subditi Austriaci ab alio forte Imperii Statu per modum conventionis clientelaris in protectionem recipiantur. Quod & tantisper effectum suum meritò nanciscitur, ut ejusmodi conventio contra hoc privilegium Cæsareum prohibitivum inita nulla sit, quin & hoc operetur, ut subditorum eorum Dominus contra recipientem ad pœnam privilegio insertam agere possit, sicut rectè Magerus tradit *de Advoc. arm. cap. 8. num. 448.* ubi simile exemplum privilegii Nobilibus de Bibra anno 1490. concessi refert, hujus tenoris: Daß niemand ohne derer von Bibra sondere Gunst und Verwilligung/ keinen ihrer gebrotten Diener/ Unterthanen/ Lehen-Männer oder Hintersassen/ in Verspruch/ Schutz und Schirm annehmen/ auch da solches schon hierüber geschehen / doch nichts destoweniger die aufgenommene Persohnen auf deren von Bibern mündlich oder schrifftlich Erfordern/ in sechs Wochen hernach solchen frembden Verspruchs / Schutz und Schirms ledig/ und denen von Bibern ohne Irrung wieder heim gewiesen und gehorsam seyn sollen/ bey einer nahmhafften Geldes Poen/ als 40. Marck lötiges Goldes. Quo sane sensu Ipsi S. Cæs. Majestati nihil præjudicatum dici poterit.

§. 8.

Omnino autem incapaces censendi sunt Banniti Imperii (a) *Latrones* (b) *& Piratæ* (c) *quibus accensemus Hæreticum blasphemum ac seditiosum* (d) *nec minus reum* (e) *atrocioris delicti; & generaliter dicendum est, quicunque communi tum inter gentes tum cives non gaudent securitate,* (f) *iis, tametsi gratiam manumque Imperialem penitus & usque quaque adeo restrictam non velimus, protectoria aut omninò non, aut admodum difficulter & circumspectè concedenda esse.* (g)

(a) Utrovis banno tam delicti quam contumaciæ. In utramque enim ritè declaratus Civitatem Romanam amittit, & ex civium numero deletur, sicque membrum abjectum nec privilegiorum, nec beneficiorum juris communis, vel Imperii capax amplius, i. e. extra fidem & Clientelam Cæsaris & Imperii est; id quod per schedulæ, in qua denunciatio banni scripta & ex ea publicata est, rupturam, ejusque in terram abjectionem denotari

notari docet Gail. *de P. P. l. 2. c. 6. n. 20. & 23.* Hinc nemini bannitos recipere, aut cum illis communicare, sub eadem banni pœna permissum est Ord. Cam. *p. 2. tit. 10. §. 2.* Rec. Imp. *de an. 1548. §.* **Es soll auch.** Schurff. *cent.* 3. *Consil. 10. n. 14. & seqq.* Gail. *d. tr. l. 2. c. 10. n. 3. 4.* quod ad ipsam etiam Cæsaream Majestatem *per d. §. 2. ibi:* **So sollen die Käyserl. Majest.** extendit Hœpping *de jure protect. th. 34. lit. b. in ἐκθ.* ubi quæstionem simul annectit: Utrum Cæsar bannitum receptans banno feriri possit? in eâ verò decidenda judicium meritò suspendit. Necesse autem omninò est, ut quis justè, rectè & congruè banno perculsus sit, non inauditus, nec aliter quam ordinario processu, atque Constitutionibus Imperii provisum est. Capit. Carol. V. *art. 22.* observato quidem sec. Ord. Cam. *part. 2. tit. 9. §* **So Jemandes ꝛc.** *Verb.* **der oder dieselbe sollen mit der That ꝛc.** discrimine inter notoria & quæ altioris indaginis sunt, his ordinario processui relictis; illis autem celeriori judicio decisis, attamen ita, ut *notorietas* non *facti* solum, sed *qualitatis* insuper, quæ banno causam dat, requiratur, v. Gerdesius *tr. de Mand. avoc. c. 11. θ.* 10. adhibito simul, etiam in notorio, Electorum (quod enim reliquos Status Imperii, qui ad processum banni adversus se, conventum, consilium & decretum Ordinum ratione & observantia suffulti v. Lundorpii *Act. publ. lib. 6. tr. 24.* requisiverunt, attinet, quæstio ad proxima Comitia remissa est, necessitate ibidem super hoc modo statuendi factâ v. I. P. Osnabr. *c. 8. §. 3.*) consensu. Capitul. Ferdin. III. *art. 30.* & Leopoldin. *art. 28.* Quod si quis vel minus rite bannum passus vel rebannitus ut ajunt i. e. banno per viam sive gratiæ sive justitiæ. Gail. *de P. P. l. 2. c. 19. n. 23.* absolutus sit, nihil obstat, quo minus ille tunc protectorium impetrare possit. Sed nec Salvum conductum ad judicium citato vel ad probandam innocentiam suam denegabimus arg. eorum quæ habet Gail. *d. l. 2. c. 12. n. 20* Diximus autem in thesi de Bannitis *Imperii*; Quemadmodum enim banno Imperiali effectum tam amplum adstruere non præsumimus, ut etiam in alia regna & Dominatus extra Imperii Romano-Germanici territoria imo in universum orbem se extendat, ne quicquam heîc patrocinante Imperatoris Dominatu totius mundi, quem è Veteribus nonnulli ex *l. 9. tit. ad L. Rhod. de jact.* Imperatori asseruerunt. v. Dn. Ziegler *de jurib. Maj. l. 1. c. 3. §. 17.* Ita & ab extero Rege vel Principe, quamvis confœderato, bannitus ab Imperatore nostro & Imperio in protectionem recipi procul omni dubio potest Dn. Bœkelen de Jure protect. *part. 2. c. 4. n. 79. & seqq.* Cæterum quia bannitis comparari solent *Excommunicati* s. bannum Ecclesiæ passi. v. eleg. Gail. *de P. P. l. 2. c. 1. n. 26. & c. 12. n. 22.* Bald. *in lib. 1. C. de hered. inst.* Panorm. *in c. 2. n. 3. de purgat. Canon.* Quæri possit: An His rectè

ab

ab Imperatore dentur protectoria? quod examinatâ prius causâ rectè fieri affirmamus cum Hœppingio *de jure protect. th. 34. lit. c.* adducto exemplo Lotharii II. Imp. Casinensium Monachorum indignè à Papa excommunicatorum patrocinium Goldast. *const. Imp. tom. 3 p. 320. & seqq.* neque enim & alias, excommunicatio quæ pœna spiritualis est, ad corporalia illa neutiquam extendenda, eum effectum habet, ut eam passus licitè in corpore & bonis offendi possit. Quod si quis metuat, nihil obstabit, quo minus à Brachio seculari contra vim atque injurias protectionem implorare ac impetrare possit.

(b) Obsessores sc. viarum, qui latentes itineribus publicis insidias victoribus struunt, eosque à lateribus qs. adoriuntur. Goedd. *ad l. hostes de V. S.* Dn. Bœckel *de Iure protect. client. part. 2. c. 4. n. 1.* eos vernaculâ nostra nominat **offentliche Straßen-Räuber / Strauch-Diebe / Busch-Klöpper.** Quæ nomina fortè prædonibus magis conveniunt, & Latrones nobis propriè sunt **Mörder** / Gallis meurtriers. Quicquid autem sit, cum prædones plerunque etiam sint latrones. Becht. *de secur. & salv. cond. th. 125. in fin.* cumque iis ceu ejusdem farinæ & familiæ nequam *in l. hostes tit. de capt. & post. reverſ. & d. V. S.* copulentur, tantum abest utrisque protectoria concedi posse, ut potius communi omnium populorum auxilio undique exturbandi sint, ac una cum receptatoribus & complicibus suis quovis modo opprimendi *lib. 13. tit. de off. Præsid. l. 1. de receptat. l. 1. C. de his qui latrunc. occult.* add. *l. capitalium 28. §. grassatores 10. tit. de pœn.* Const. Crim. Car. V. *art. 126.* ceu omni patrocinio, eò quod civilis vitæ hostes sint, omnemque securitatem, quantum in se est, destruere conentur, etiam gentium jure indigni *arg. l. auxilium 37. in fin. tit. de minorib.* Dauth. *de testam. sub rubr. qui testam fac. poss. n. 200.* Bœckel *d. l. n. 1.* adeò, ut nec ad loca sacra seu Ecclesiam refugium iis quicquam commodet, sed impune inde ad pœnam pro merito luendam extrahi possint. Guid. Papa *decis 121.* Mager. *de Advoc. Arm. cap. 8. n. 35.* Quomodo id genus facinorosis jam olim ad conservandam publicam securitatem per Irenarchas & Stationarios, & postea repullulante malo in Germania inque publicum diffidationum usum invalescente, cui Ganerbinatus frustra oppositi, imo in eandem posteà proterviam prolapsi sint, per saluberrimam Pacis Publicæ sanctionem à Maximiliano I. in Comitiis Wormatiensibus anno 1495. promulgatam, & à Divis Successoribus toties in Recessibus Imperii repetitam, obviam itum sit, tradit pluribus sæpe laudatus D. Bœckel *de Iure protect: part. 2. c. 4.* vid. omnino Rec. Imper. *de anno 1559.* §. **Nachdem aber rc.** Denais. *Iur. Camer. tit. 213.* §. 11.

(c) See-und Meer-Räuber/ de quibus forte minus dubii esse poterat, eos in protectionem Imperatoriam specialem ac privilegiatam unquam receptum iri, eò quod indignum se faciat humanâ societate, & hostem ejusdem, quisquis maritimum prædonem celaverit, aut juverit, aut defenderit, *l. 3. §. non solum ff. recepit. tit. de incend. ruin. naufr. t. t. de receptat.* indeque naves bonaque ipsorum licitè diripiantur *auth. navigia C. de furt.* pœnisque legum severissimis subjiciendi. *Nov. 134. c. 13. v. Eos verò* & ipso jure diffidati sint. Bald. *in d. auth. navigia* adeoque à quovis privato ipsis occurrente impunè lædantur, *c. si quis fortitudinem 23. qv. 3.* Peckius *ad d. auth. navigia n. 5. add.* Grot. *de I. B. & P c. 20. §. 8. & 14.* Socin. *vol. 2. cons. 262. n. 5.* Jason. *vol. 2. cons. 170.* Tamen, quia communiter inter eos, qui improtectibiles censentur, solent referri, & inter Piratas propriè dictos ab aliis, qui cum iis nonnihil affine habent, notabilis, quoad illud attributum, intercedit differentia, sicco pede eos heîc loci noluimus præterire. Propriè autem hîc Piratas esse dicimus *tum* eos, qui nullius Gentis, aut Principis jussu, solo privato ausu, etiam extra bellum publicum; *tum*, qui non publico quidem jussu, belli tamen occasione; tum etiam, qui publicâ quidem authoritate, extra tamen belli causam, gentis aliquo odio seu mera libidine prædandi maria circumvolitando prædantur. In hos omnes non modo retorsionis jura licita, sed & gladio ultore, ubi in potestatem redigi poterunt, è medio tollendos eos esse nemo dubitaverit; cum omnis extra bellum prædatio merum verumque sit latrocinium. Alb. Gentil. *Adv. Hisp. l. 1. c. 15.* Astii, qui publica authoritate ejus, qui cum hoste manifestum bellum gerit, aut retorsionis jure uti potest, prædantur, quicquid ab hoste capiunt, jure gentium vel suum faciunt, vel Imperatori aut Reipubl. suæ acquirunt. *§. 17. I. de R. D. l. 7. tit. eod.* Bartol. *in l. hostes de captiv. & postlim. revers.* adeoque justas prædas agunt, dummodo à fœderatis & amicis & quorum nullæ in bello partes sunt, abstineant. Hi etiam, ut ab aliis dignosci, & à periculo immunes esse queant, attestationibus & documentis fide dignis Päßen und See-brieffen/ Certificationen, Cognossementen &c. ceu protectoriis suis instructi, esse debent. Sicuti hæc omnia latiùs nonnihil persequitur adque hoc genus naves quæ vel explorandi causâ Kundschaffer; vel ad intercipiendum hostilem, nostrum verò deducendum commeatum, vulgò Convoyer / vel ad invasionem faciendam Ottroyrte Freybeuter / Commiss-Fahrer/ Caprer; vel ad custodiendos portus & litora maris, Außlieger/ Kreutzer/ welche in der See kreutzen h. e. pro maris defensione versis huc illuc carbasis vehuntur; emitti solent, refert D. Bœkel. *de Iure prot. clientel. p. 2. c. 4. à n. 20. ad n. 75.*

(d) Hujus à simplici Hæretico nota distinctio est, & quemadmodum *ille*, qui sc. præ-

ſc. præter falſæ doctrinæ propagationem ſeditiones inſuper excitat, ſubditos adverſus Magiſtratum inſtigat, & apertas blasphemias erga DEum evomit, nullâ omninò protectione, quin potius ſevero capitis ſupplicio dignus habendus eſt: ita *huic* omnem protectorii impetrandi ſpem denegare vel ad §. 7. ſupra ſubindicatæ rationes vetant. Quatenus autem Magiſtratui Civili adverſus Hæreticos procedendum ſit, præter Theologos noſtros, interque hos in ſpecie Balduinum *Diſp. de Hæret. ferendis non auferendis* latius diſſerentem vide, ſi placet, fictum illum Minum Celſum Senenſem *Diſp. In Hæreticis coercendis quatenus progredi liceat.* Quam piam & elegantem laudat Bechtius *de Secur. & S. C. th. 109. in fin.* ut adeò vix ſit, cur Fauſto Socino Hæreſiarchæ illi ceu Authori, cum Scavenio, adſcribamus.

(e) Ut ſunt perduellionis, Pacis Publicæ violationis, proditionis, homicidii &c. Neque enim inſigne hoc legis Imperiique præſidium, quod innocentibus comparatum eſt, ullo modo patrocinari debet Delinquentibus, quibus Leges beneficiis ſuis non ſubveniunt *lib. 26. §. 6. tit. ex quibus cauſ. maj. in int. reſt.* nec immunitatem à pœnis, quibus ipſimet delinquendo ſe obligarunt, iis tribuunt *l. 14. C. de pœn.* Hinc Malefactores & eorum bona Magiſtratum neutiquam protegere, ſed eos puniri facere vel remittere, ad ſuos judices debere monet poſt Baldum *in c. 1. §. ſi judex, de pace tenend.* Boërius *tract. de cuſtod. clav. n. 79.*

(f) Quorum catalogum perveſtigare licet apud Bechtium *tr. de ſecurit. & ſalv. cond. à theſi 86. uſque ad th. 137. incluſ.*

(g) Cum enim ſecuritas illa non modo baſis & fundamentum, ſed & finis & effectus horum protectoriorum ſit, ſequitur, eos, qui illius non ſunt capaces, nec mediorum ad ſalutarem iſtum effectum collineantium, participes eſſe. Sanctè proinde habendum eſt ſummum hoc protectionis privilegium, ne quod vel ſubripiendo quandoque fieri poteſt, ad indignas & incapaces ejuſmodi perſonas, quibus beneficium tribuiſſe mox pœniteat, porrigendo proſtituatur.

§. 9.

Hactenus de Subjecto activo, tam κατὰ θέσιν, quàm καθ' ἄρσιν conſiderato, ſequitur Paſſivum. *Id verò eſt vel Generale, & indeterminatum, vel ſpeciale & determinatum.*

§. 10.

Generale & indeterminatum *ſunt omnes Imperatoris & Imperii*

perii Subditi (a) *qui Impetrantem offendere vel molestare per Protectorium prohibentur, sive sint mediati sive immediati* (b) *cujusque status, dignitatis, ordinis, vel conditionis.* (c)

(a) Qui aliâs *Membra* Imperii vocantur, quorum *Caput* est Imperator R. I. de anno 1512. §. 2 & 5. Die Glieder des H. Reichs/ die demselben anhängig und gehorsam sind. Item Reichs-Verwandte. E. G. O. zu Wormbs 1521. art. 30. & 31. §. 11. Reinking *de R. S. E. l. 1. cl. 5. c. 10. & 11.* dicit *Cives* Imperii strictiori vocis sensu ac Lampadius adhibet, qui *tr. de Rep. Rom. Germ. part. 3. c. 2. & 9.* etiam Imperatorem ipsum sub Civium ambitu comprehendit. Contra *exteros* itaque Protectoria hæc non dantur, quippe quod extra Iurisdictionem Imperatoris sint, & Iurisdictionem non habenti impunè non pareatur. Quod si tamen Extraneus quidam in terris Imperii auff deß Reichs Boden/ privilegium ejusmodi alicui concessum violare, & privilegiatum aggredi, inque persona bonisve illius offendere audeat, quin is in loco delicti justè deprehendi, & ad pœnam privilegio insertam trahi queat, nullum nobis dubium esse potest. Sin autem hostis Imperii publicus fuerit, jus belli & quicquid ex eo in hostem oritur facultatis, utique adversus illum ceu hostem exercere licitum erit.

(b) Inter hos Principes pro subditis propriè sic dictis non agnoscit Cæs. Furstenerius *de Iure suprem. c. 29.* quod & ante eum innuisse videtur Dan. Otto *de I. P. c. 19. ab init.* ubi de mediatis Imperii Civibus dicit, quod ii magis propriè subditi appellentur, sive id ea ratione nixus adstruere velit, quam citatus Furstenerius adhibet, quod scil. Imperator in Principum personas sanctas & inviolabiles nil quicquam statuere possit, sive aliâ hâc, quod Principes non modo in societatem Imperii ceu Status adsciscantur, sed & Ipsi in suis territoriis & Principatibus sæpe longè latèque dominentur. Quicquid autem horum sit, eatenus hic in censum Subditorum Imperatoris & Imperii veniunt, quatenus Sacra Sua Majestas, iis ne protectorio privilegiatum, offendant, sicut cæteris omnibus prohibet, & nisi obtemperent actione ex privilegio competenti coram Imperat. & Imper. Tribunalibus vult conveniri.

(c) Hinc in Protectoriis quibuscunque ferè hæc legitur formula: Gebieten

darauff

darauff allen und jeden Chur-Fürsten / Fürsten / Geistl. und Weltl. Prælaten/ Graffen/ Freyen/ Rittern/ Knechten/ Landvögten / Hauptleuten/ Vitz Domen / Vögten / Pflegern / Verwesern / Ambt-Leuten und Richtern / Schultheißen / Burgemeistern / Richtern/ Räthen/ Bürgern/ Gemeinden/ und sonst allen andern Unsern und deß Reichs Unterthanen und Getreuen / in was Würden / Standes / oder Wesens die seynd/ daß Sie / N. wider diesen Unsern Käyserlichen Schutz nicht betrüben &c. Hoc est; *mandamus omnibus & singulis, Electoribus, Principibus Ecclesiasticis & Secularibus, Prælatis, Comitibus, Baronibus, Equitibus, Vasallis s. Nobilibus, Advocatis, Provincialibus, Capitaneis, Vice-Dominis, Advocatis, Præsidibus, Vice-Præsidibus, Præfectis & Iudicibus, Prætoribus, Consulibus, Iudicibus, Senatibus, Civibus, Communitatibus, & aliâs cœteris omnibus nostris & Imperii Subditis & Fidelibus, cujus dignitatis, Status vel conditionis sint, ne N. contra hanc nostram Cæsaream protectionem vi molestent vel offendant &c.* Quâ ratione aliâs & quàm variè Imperii Membra & Subditi dispesci soleant, apud publici Iuris Scriptores cernere licebit plenius, ut non opus sit heîc longius in hac rem diffundi.

§. 11.

Speciale & determinatum *sunt ii*, à quibus Impetrans in specie *& præ cæteris vim atque offensionem* sibi metuit, *quorum proinde in privilegio speciatim & expreßè quoque fit mentio*, (a) *verum non adversus quemlibet hæc privilegiata protectio statim & facilè impetratur. Sunt enim personæ, contra quas protectoria petenti aut denegantur, aut non nisi gravissima multumque urgenti causa, & cum accuratiori ejus cognitione conceduntur.* (b)

(a) Sicut videre est in Protectorio inter Adjuncta N. IV. ibi: Insonderheit aber Graff Friederich Casimir zu Hanau &c. & N. *XIV.* ibi: insonderheit aber Georg Christoffen &c. &c.

(b) De quibus jam per aliquot §. §. dispiciendum erit.

§. 12.

Et primo quidem contra Dominum vel Magiſtratum *ſubdito.*

Siquidem regulariter præſumptio militat pro Magiſtratu per text. notab. *in l. 2. C. de Offic. civ. jud. ibi : quod non arbitramur* Alciat. *in 3. reg. principal. præſ. 16.* contra ſubditos, qui ſæpe numero contumaces, officia, & ſervitia ſua debita, more majorum præſtare nolunt, quo caſu, ſecundum communem concluſionem Domino permiſſum eſt eos punire, bona eorum capere & tenere, tantiſper, donec ad debitam reducantur obedientiam *per text. in l. ſi quis fortè §. ſi quis comitum tit. de pœnis* Gail. *1. O. 17. n. 8.* ut adeò inaudito Domino, niſi ex gravibus & notoriis cauſis, nil quicquam præjudicii ad inſtantiam Subditorum decerni, quin imò rejici potius debeat injuſta Subditorum petitio exemtionis à Iuriſdictione Domini Romanus *conſil. 37. n. 1.* & ut eleganter Gailius *c. l. n. 6.* monet, ſingulæ factorum circumſtantiæ diligenter examinandæ ſint, ne ſubditi adverſus Dominos & Magiſtratum armentur, & ad majorem inobedientiam fiduciâ mandatorum, (nobis hîc *Protectorium*) incitentur. Neque propterea forte, quia aliquis Iudicem ut ſuſpectum recuſare poſſit, contra eum obtinere poteſt Literas Salvæguardiæ. Non enim valere conſequentiam ait Garſ. Maſtrillus *deciſ. 263. n. 22.* quia facilius admittitur recuſatio, quam conceſſio Salvæguardiæ, ratione maximi præjudicii, quod ex ejus conceſſione Baronibus (ſ. Magiſtratibus vel Dynaſtis inferioribus) infertur; cum non ſolum comprehendat perſonam recuſantem, verum & conſanguineos domeſticos & familiares, ut in caſu à dicto Autore recenſito fuerat obtentum. Add. Th. Michaelis *ap. Klockium tom. 1. conſil. 29. n. 905.* ubi laudat doctrinam Guil. Bened. *in c. Ragnutius verb. & uxorem &c. deciſ 5. n. 390.* docentis, *non poſſe ſubditum contra Dominum impetrare Salvamguardiam, cum hæc propriè reſpiciat res & patrimonium*; (quæ quidem ratio, an vera ſit, apparebit è ſequenti c. 5.) *nam, inquit, ſi hæc impetrari poſſent, faciliter impediretur Dominus in ſua Iuriſdictione per ſubditos, quibus proviſum eſt remedio appellandi vel provocandi, ſi graventur per Dominum jure ſuperioritatis & authoritatis*; ut hinc ſibi cavere debeant ſubditi, ne vel crimen rebellionis eis imputetur, à quo eos non poſſe excuſari, aſſerit Alexander *conſil. 13. n. 17. vol. 6.* ſi ordinario non obedirent occaſione ejuſmodi protectionis. Si tamen è narratis ſupplicationum conſtet de nimia atrocitate & ſævitia Domini, ita ut factum ejus omni jure ſit prohibitum : puta, ſi ex cauſa civili ſubditos contra oblatam cautionem in carceres miſerè detrudat

contra

contra *text. notab. in l. 1. C. de custod. reor.* Si novas exactiones pro sua libidine absque summi Principis Autoritate, puta Imperatoris imponat. *Si* inops vel censu prodigus sub umbra officii, eos turpiter & flagitiosè emungat & assiduis operis excruciet (mit ungemessenen und täglichen Frohnen) adeo ut non suppetat eis tempus sese & suos aliendi contra *text. in l. cum patronus 22. §. fin. tit. de oper. libert.* tum vero, quemadmodum Mandatum sine Clausula vid. Gail. *1. O. 17. per tot.* Mev. *p. 2. dec.* 47. P. Frid. Mind. *d. Proc. l. 2.* ita etiam protectorium subditis contra Dominum, causis ejusmodi probè cognitis decerni posse nullum est dubium. Conf. Par. de Puteo. *Synd. de exceß. Ban. n.* 1. 2. Goden. *consil 17. n.* 13. 14. Coler. *de proc. exec. p.* 1. *c.* 9. *n.* 58. Berlich. *Dec.* 281. *n.* 48. 51. Richt. *Dec.* 98. *n.* 14. *& seqq.* Nam & propter nimiam crudelitatem alicui plane auferri potest Iurisdictio. Gail. *C. O. n. 2. per text. & Aa. ibi alleg.* Ant. Fab. *in C. L. 3. tit.* 18. *def.* 2. D. Lebleu *de offic. & jur. obsequent. th.* 65. 66. 67. Et Magistratui ejusque officialibus de facto aliquid contra jus vel æquitatem exsequi volentibus licitum est unicuique etiam privato non modo non obedire, sed etiam de facto resistere (quod tamen, quia occasionem dare posset majoribus rixis & motibus non consulendum nec admittendum piè & rectè putat Matth. Wesenb. *p. 3. consf.* 146. *n.* 31.) per *l. 5. ibi: Sancimus licere C. de jure fisci* P. Frider. Mind. *c. l. c. 3. §. 5.* maxime si damnum irreparabile inferat, Becht. *de secur. th.* 170. Quidni igitur superiori adversus talem subditos protegere licebit? prout expressè subdito ita gravato refugium ad assecuramentum seu Protectorium Superioris consulunt Bartol. Baldus Salicetus & alii multi, referente M. Wesenbecio *d. consil. num.* 29. Confer quæ de Vasallo subditos malè tractante habent Everhard. *loc. leg. præamb. n.* 26. Boër. *Deciß.* 304. *ferè per tot.* Fr. Pfeib. *Consil.* 87. *n.* 10 *Consil.* 202. *n.* 71. Schneidew. *ad §. ult. I. de his qui Sui vel al. jur. sunt. n.* 6. Wesenbec. 1. *Consil.* 57. *n.* 10. item 6. *Consf.* 269. *n.* 11. Mod. Pistor. 2. *Consf. I. qv. I.* Schulz *Syn. Iur. feud. c.* 11. *n.* 42. Merckelb. *ap. Klock. 3. consf.* 170. Johan. Philip. *Inst. I. Ecclog.* 43. *num.* 10. Exemplum Protectorii subditis contra Dominum concessi videre licet in causa. Der bedrängten Geist- und Weltlichen Ständen deß Ertz-Stiffts / und Churfürstenthumbs Trier contra Herrn Philips Christoffen Ertzbischoffen / und Churfürsten zu Trier: quod adjunximus sub N. XII.

§. 13.

Deinde contra Dominum Feudi Vasallo.

Ob easdem ferme rationes, cum Domino feudali directo ut plurimùm juncta

si:

sit aliqua Iurisdictio, è qua Vasallus per Superiorem, citra prægnantem, eamque probe cognitam causam, non est eximendus. Don. Garf. Mastrill. *decis. 263. n. 27.* qui quærit exinde *d. decis. num. 32.* quando per Vasallum peteretur Salvaguardia contra Dominum ob litem civilem, quam haberet cum Domino, utrum sit concedenda? & respondet, quod non nisi tamen esset magna quæ criminali causæ assimilari posset, ut dixit Joseph. Sese *in tract. de inhibition. just. Arragon. §. 4. n. 20.* Mascard. *de probat. concl. 953. n. 7. & seq.* allegato simul præjudicio pro Francisco Moradel de Mense Februar. 1608. Quod si itaque causa prægnans subsit, Vasallo non minus atque Subdito per modò dicta ad §. præc. protectorio succurrendum erit, tantò magis, quod Vasallagium subjectionem non importet Ziegler *ad prax. aur. Calv. §. Landsaßii concl. 1. n. 47. 48.*

§. 14.

Tum & multò difficilius Filio contra Patrem.

Parentes enim liberis juxta Aristotelem *l. 1. Polit. c. 8.* regio more & per amicitiam præsunt, totumque Imperium, quod in filios habent, amore summo, quem idem Philosophus amore sui ipsius, ceu, si Deum excipias, omnium flagrantissimo mensurat *l. 8. Eth. c. 14.* temperant, adeoque omnia ad ipsorum utilitatem referunt, seipsum ferè negligentes. D. Eichel. *de Iure quo natural. lib. & par. sibi inv. sunt obstr. th. 32.* Quantò longiùs itaque à Parentibus abest injuriæ erga liberos præsumtio, tantò majus iis metuendum est præjudicium crudelitatis, à qua etiam natura abhorret, si eò motus fuerit summus Princeps, ut etiam extraordinario adversus eam remedio securitati liberorum prospiciendum esse necessarium duxerit. Procul dubio huc respexit Laudatissimus Imp. Senatus Aulicus, dum ad petitionem Principis cujusdam Imperii D. C. D. M. pro concedendo adversus Serenissimum Parentem protectorio, rem ad S. Cæs. Majestatem cum voto contrario referre decrevit. Die Jovis VII. Maji. 1654. his formalibus: Wegen des gesuchten Protectorii wieder den Vatter stehe Reichs-Hoff-Rath an / weiln in denen Rechten eine bessere Vermuthung vor den Vatter / der Sohn aber keine solche Bedrohung beschienen / daß man Ursach hette / den Vatter mit einem solchen Protectorio zu beschweren; In dem Gegentheil gar apparentlich / daß wann der Vatter deß Sohns sich solte haben bemächtigen wollen / er bey jüngst vorgegangener action darzu gute Mittel würde gehabt haben; So besorgen Reichs-Hoff-Rath / daß durch Ertheilung deß gebetenen Protectorii nur mehr Verbitterung zwischen Vatter und Sohn erwachsen dürfften, darum solches abzuschlagen.

ſchlagen. E quibus ſimul apparet, ſi Filius minas atrociores, ſuper quibus conqueſtus fuerat, liquidò probaſſet, tandem, quod petierat, protectorium impetrari potuiſſe; Nam & ad emancipationem compelli poſſunt iniqui parentes, intolerabili injuria liberos afficientes, implorato ad id Judicis officio, *text. in l. fin. tit. ſi à parentibus quis manum. fuer.* etſi aliâs actione injuriarum non teneantur *l. prætor edixit §. præterea tit. de injur.* Gail. *1. o. 17. n. 5.*

§. 15.

Facilius tamen uxori adverſus maritum.

Eò quod amor maritalis, qui alioquin, ſec. CHRISTI Salvatoris effatum, ingenitum erga Parentes affectum ſuperare debebat, quandoque levi fribuſculo labaſcens, pravo Asmodæi inſtinctu in jurgia, rixas continuas, & odium inextinguibile degeneret, atque inde in verbera, minas atroces & ſævitiam cum vitæ periculo conjunctam ſæpius erumpat. Itaque ſi uxor in tali diſcrimine conſtituta ſecuritati ſuæ adverſus maritum, præſertim immediatum Imp. Romani Civem, quovis etiam extraordinario modo, conſulere velit, haut abs re protectorium à S. Cæſ. Majeſtate flagitabit. Imò fugiet à domo mariti cautè, & ſub Imperiali hâc protectione tuta, ut à marito & extra domum ejus alatur, exigere poterit. Bald. *in l. 1. n. 9. C. de legatis.* Gail. 1. *o.* 17. *n. 5.* Ad praxin hujus theſeos demonſtrandam adjunximus ſub Num. XIX. libellum ſupplicem S. Cæſ. Majeſtati ab Illuſtri quadam Heroina pro obtinendo protectorio anno 1663. exhibitum, lectu non indignum, in quo ſimul pro Mandato S. Cl. ne de poſſeſſione Matrimonii ante cauſam cognitam dejiciatur, ſed ut potius alimenta & ſumtus litis à Seren. Marito pendente lite ſubminiſtrentur, re nata tum ita exigente humilimè ſupplicatum fuit. Voti etiam compos facta foret, niſi bellum tum temporis irruens Ottomannicum id aliquandiu impediviſſet, ſupplicante Sereniſſima paulo poſt placida morte in Cœleſtem omnium ſecuriſſimam protectionem ſuſcepta. Quo caſu notari meretur Status Imperii Proteſtantes cauſas etiam matrimoniales, licet aliâs ex quorundam opinione Eccleſiaſticas, etiam Imperatoris cognitioni abſque præjudicio ſubmittere poſſe, ſi non de Jure, ſubſtantia aut validitate matrimonii, ſed tantum de ſpolio & dejectione poſſesſionis vel qs. juris matrimonialis agatur. Mauſer. *in tract. de Matr.* Carpz. *Ipr. Conſ. l. 1. tit. 1. deſ. 1. n. 19.* Sic anno 1626. ſub præs. d. 1. Dec. Seren. Anna Sophia è Seren. Domo Brandenburgica nata, contra Ducem Fridericum Ulricum Brand. & Luneb. inſtituit Actionem Spolii ad redintegrandum matrimonium

sub rubricâ An die R. K. Majest. demütigste Supplication pro obtinendo Mandato pœnali S. Cl. ad quem supplicem libellum non modo Commissio ad Electorem Saxoniæ, ut compositionem amicabilem inter partes ageret, decreta, sed & secundum matrimonium inhibitum fuit sub dato Wien d. 29. Dec. anno 1626. Dixi modo, causas matrimoniales è quorundam opinione Ecclesiasticas; scil. è communi Canonistarum sententia Fr. Pfeil *Consil. 12. n. 7. 10. 21.* Schurff. *Cons. 29. num. 10.* Ingolstadienses apud Hartm. Pistor. *2. qu.* 41. *n.* 1-10. Carpz. *Ipr. Cons. defin.* 7. Aliâs non fugit ab aliis eas haberi pro secularibus, ut ab Ipso jam allegato Pfeilio sibi hac in parte, dum causæ serviret contrario *consil. 2. n. 9.* Mæv. *ad Ius Lubec. l. 4. rubr. n. 25. 48.* ubi hâc ratione neque Cameræ Imperii neque Austregis inter Evangelicos eam cognitionem denegandam esse observat. Cubach. *cent. 1. d. 1. qu. 7.* B. Lutherus **von Ehe-Sachen** *Tom. 5. Ien. Germ. fol. 238. 258. b.* Ab aliis tandem pro mixtis, quæ etiam receptior apud Nostrates sententia est, vid Carpz. *supra cit. loc. in Ipr. Cons. l. 1. t. 1. def. 1. & def. 223. num. 5. ibiq; allegat.* Quò etiam tendere videtur ipsa Augustana Confessio **von der Bischöffe Gewalt**/ & B. Lutherus **von der Gewalt und Obrigkeit des Pabsts** *tom. 6. Ien. Germ. fol. 165. fac. b.* Atque hinc est, quod quæstio, de Judice causarum matrimonialium inter Augustanæ Confessioni addictos Principes & immediatos Imperii, competente, tam dubia & vexata sit, ut à binis Magni nominis Hassiæ Juris Consultis Vultejo *ad l. 1. C. ubi Senat.* & Schüzio *de Iur. Publ. Vol. 2. E. 2. θ. 13. lit. c. in fin.* Cæsareæ decisioni subjiciatur. Non inconcinnè tamen nuper Amicus *Disp. gradual.* Gissæ anno 1685. habita, *de Iudic. comp. in caus. matrim. cap. 5. in fin.* arbitratur prædictos Augustanæ Confessioni addictos Immediatos Imperii, *neminem in causis* matrimonialibus habere judicem, *nisi arbitrarium.* Adde Diss. de Immediatorum Imperii Protestantium foro in causis matrimonialibus sub Domino Lincken habita Altorsi anno 1680. Resp. Dn. Francisc. Barckhauß/ ibique circa finem accuratius hâc de re Anonymi cujusdam JCti Consilium. Item. Dn. Lyncker. *de grav. extraord. cap. 6. n. 3. & seqq.*

§. 10.

Denique, an debitori contra creditores suos protectorium dari possit, dubitandi ratione caret neutiquam.

Nam suum cuique esse tribuendum, unum è Primis Juris principiis atque præceptis est, cujus vigore omnino quilibet debitor creditori suo solvere & præstare debet id, ad quod vel ex Contractu l. qs. vel ex delicto, vel qs.

vel

vel variis è causarum figuris ei obligatus est. Illud igitur salubre Juris præceptum oppidò labefactaverit, quisquis creditorem ab adipiscendo, id quod sibi debetur, impediret, vel Debitorem hac fini adversus justam creditoris petitionem defenderet. Veruntamen, quoniam intemperata & contumeliosa Creditorum acerbitas *arg. l. 33. tit. de usur.* quandoque pressis debitoribus contra Humanitatis officia justo severius instat, ita ut vix modicum respirandi spatium iis relinquatur, creditoribus cum sacco statim paratam solutionem urgentibus *l. 105. tit. de solut.* imò varia iis aliquando metuenda erant improperia, veluti manuum injectio, ad carcerem aut operas addictio, cum tubarum clangore per plateas deambulatio, sessio in saxo publico nudata, vestis ab aliis distincta, pileive viridis gestatio, de quibus testantur Gellius *N. A. l. 20. c. 1.* Schneidew. *ad §. ult. I. de action. n. 14.* ubi duos illos modos, sc. per plateas cum tubarum clangore deductionem, & sessionem nudatam in Saxo publico ceu propudiosam valdè reprobat, Wesenbecius *ad tit. tit. de cess. bon. n. 5.* Gerdesius *de Decoctor. §. 78.* Limnæus *Notit. Regn. Franc. l. 2. cap. 14. lit. q. circa fin.* Besold. *thes. pr. voc.* Hut tragen / Perez. *tit. C. de Cess. bon. n. 23.* & præ cæteris Nicol. de Passerib. *tr. de scriptur. privat. lib. 3. quæst. 35.* quo pertinet hodierna adhuc Juris ac Fori Saxonici observantia, qua morosi debitores ad manus creditorum compedibus inclusi traduntur, ut servitiis eorum tamdiu, donec fuerit satisfactum, ipsis uti liceat, v. Carpz. *p. 2. Def. for. c. 22. d. 1.* D. Struv. *in Syntagm. I. C. de Cess. bon. th. 30.* Ideo Divi Imperatores humaniorem sententiam præ duriori eligentes *l. 8. C. qui bon. ced.* illis debitoribus, qui forte belli aut alterius generis calamitatibus afflicti oppressive, quò minus creditoribus suis satisfacere possint, benignitatis quibusdam temperamentis subvenire voluerunt, ut salva existimatione, omnique corporali cruciatu semoto *d. l. 8. C. qui bon. ced.* ab immoderata creditorum vexatione tantisper liberentur. Faciunt illud inter alia ejus generis beneficia, specialibus etiam protectoriis, idque exemplo demonstravit Ferdinandus III. gloriosissimæ recordationis Imperator, qui Civitati Magdeburgo anno 1638. contra Creditores suos eorumque importunas executiones, arresta, & repressalias tuitorium pœnale concessit, eâ forma, quam Adjunctum sub No. XVI. Lectori pro informatione pleniori exhibebit integram. *N. XVI.* Observare tamen hoc passu liceat S. Cæs. Majest. vel Consilium Ejus Augustum, solere ad causam ante cognoscendam, vel creditores, contrà quos protectorium petitur, ceu partem cujus maximè interest, vel saltem petentis Dominum vel Magistratum mediatum, priusquàm Protectorium decernat, audire. Ita, cum anno 1677. vidua quædam Protectorium ejusmodi peteret, d. 14. Maji d. anni

 decre-

decretum fuit: Includatur der Stadt Franckfurt umb Bericht/ sub termino duorum mensium, mit dem Befelch/ Supplicantin mit execution nicht zu übereilen. Quanquàm posteà, ubi novo Memoriali exhibito, humillimè instaret, allegando, daß Sie zwar keine Scheu noch Bedencken hette/ daß Ihre Supplic dem Löbl. Magistrat wohl besagter Stadt Franckf. communicirt werde/ zumahl/ da Sie auch in Ansehung dessen/ daß die execution inmittelst suspendirt werde/ keine Gefahr hätte/ weil Sie aber gleichwol beförchten müsse/ wohl gemelter Rath ihr Ansuchen dißfals denen Creditoren comuniciren/ und diese sich darüber gewaltig streuben/ und Sie ohne das arme und mit 7. unerzogenen Kindern belastete Witwe in unerschwingliche Unkosten setzen würden/ da Sie doch gleichwohl nichts/ als daß ihr nur der/ ohne das in denen Rechten und Reichs-Constitutionen gegründete via ordinaria juris contra persequutiones aliquorum creditorum gedeyen möchte/ suchte/ J. Kays. M. auch/ als das Allerhöchste Oberhaupt/ Krafft tragender Käyserl. Gewalt wider dergleichen widerrechtliche Bedrangnissen/ ihr auch inauditâ alterâ parte solch protectorium ertheilen könten/ bevorab/ da dergleichen protectoria denen Mandatis S. C. als welche in dergleichen Begebenheiten/ auch ohnerhört des andern Theils/ erkant würden/ nicht ungleich. Als bitte Sie unterthänigst/ Ihro Käyserl. M. das gebetene protectorium ohne communication an wohl mentionirten Rath der Stadt Franckf. gedeyen lassen wolten/ als welche generalia protectoria juxta Stamlerum de Reservat. Imp. ohne das non citatâ parte alterâ erkant zu werden pflegten; obtinuit etiam sine prævia communicatione ad Magistratum Protectorium in forma, quam ipsam sistet Adjunctum N. XVII. Planè indignos se ejusmodi beneficio reddunt decoctores, bancoruptores & Falliti, qui culpa sua doloque debitis majoribus ac solvere unquam valent, sese immergunt vid. Speidel. *Spec. notabil. voc.* **Banckerottirer** &c. Indeque his Serenissimus Saxoniæ Elector non modo protectoria expressè denegavit, sed & pilei flavi gestationem ad tempus arbitrarium in pœnam & exemplum aliorum constituit. *Resol. gravam. de an.* 1661. *tit. Iustitien-Sachen punct.* 78. *ibi*: Daß bey uns solche Banckorotirer und Schuldner/ darwider und zur Abwendung des Persöhnlichen arrests, sich keiner commission/ Schutz/ Gleits- oder Anstands-Brieff zu trösten haben ꝛc. & post alia circa finem, uf solchen fall (si sc. creditores tali bancoruptori debita vel partem eorum remittant, & eum carcere liberari concedant) er zwar uf freyen Fuß gestellet/ jedoch eine Zeitlang nach des Ordinarii Iudicis Ermeßigung/ zu Anzeigung seines in Nachläßigkeit und Verschwendung bösen Lebens **einen gelben Hut zu tragen**/ und andern

No. XVII.

dern seines gleichens/besser als er/Hauß zu halten/ein Beyspiel damit zu geben/ angehalten werden solle. Cæterum, an protectorium debitori concessum prosit etiam *fidejussori*, quæstionis est. Quam negat, nisi specialiter sit dictum post Menoch. *arb. jud. qv. cas. 203. n. 20. & 27.* Pyrrhus Maurus Aretinus *tr. de fidej. Sect. 9. §. 39.* Licet enim regulariter Exceptiones, quæ principali debitori competunt, prosint, etiam fidejussori *text. in l. 19. tit. de except. l. 11. C. eod.* id tamen nonnisi in realibus beneficiis locum habere declarant Dd. v. Marant. *singul. Iur. lit. E. vers. Exceptio qualibet p. m. 616. col* 1. Schneidevv. *ad §. sed etsi 38. de act. n. ult.* Quoniam itaque privilegium hoc protectionis personale est, ideo ultra personas in eo nominatas meritò non extenditur, id quod idem in privilegio moratorio, huic nostro affini statuit, & textibus atque authoritatibus munit Colerus *de proc. exec. p. 1. c. 4. n. 17. seq.* Quid verò sentiendum de cautela, quam Dd. tradunt, referente Schneidevv. *c. l. n. 7.* ut sc. fidejussor à Creditore conventus litem reo principali denunciet, ut eam in se recipiat, atque sic periculum fidejussori imminens, oppositione privilegii, quo ex sua persona gaudet, avertat? Sane si, quod res est fatendum, vix peculiare aliquod emolumentum fidejussor conventus ex hac cautela sibi pollicebitur. Aut enim fidejussor beneficio ordinis s. excussionis *ex Auth. præsente C. de fidejuss. & Nov. 4. c. 1.* renunciavit, aut non. Si illud, non juvabit cautela per ea, quæ rectè tradit Colerus *de proc. exec. p. 1. c. 4. n. 20. 21.* Si enim reus pro suo interesse excipiat de impetrato privilegio, replicabit Creditor, quod illud non prosit fidejussori, qui in proposito exigitur tanquam principalis. Sin hoc, tutus erit fidejussor ipsâ excussionis exceptione, quò & modo allegatus Colerus inclinare videtur *d. l. n. 20.* circa finem. Nam non potest dici conventus, nedum excussus debitor principalis, qui Privilegio, quo minus certo tempore conveniatur, munitus est. Quemadmodum etiam si fori privilegium habeat principalis, hâc eâdem exceptione fidejussor se tueri potest; A Fab. *in c. l. 8. t. 28. d. 33.* Cessante autem hoc ordinis beneficio, vix æquitati jurive congruum videtur per hanc cautelam, ceu per indirectum permittere, ut Creditor, qui fidejussore idoneo sibi satis providè cavit hujus suæ solicitudinis fructu destituatur, cujus aliâs, per directum, nullus poterat subesse metus.

CAPUT V.

QUID IN PROTECTIONEM VENIAT, SEU DE PROTECTORIORUM OBJECTO.

§. 1.

OBjectum circa quod Imperator per hoc privilegium protegendo ac defendendo occupatur, sunt (a) *Personæ* (b) *& Res.* (c)

(a) Quicquid enim usquam in chartis hisce tuitivis Imperator in tutelam recepisse legitur, ad hæc duo membra sicut commode referri potest, ita eò semper in concipienda formula respici videtur. Et sanè quicquid universus orbis ambitu suo complectitur, hisce duobus generibus includi potest. Duo præcipuè sunt, inquit Heigius *ad pr. I. de Iure person. n. 7.* quæ in civili Societate spectantur, quæ & Politici fundamenta esse ajunt Reipublicæ: Personæ sc. & bona. De his etiam duobus leges & jura præcipuè prædita sunt, & prudentes, quomodo habenda sint in unaquaque gubernatione, pulchrè ostendunt. Cum quo paria habet Celeberrimus quondam Saxo-Gothanus Cancellarius & JCtus Frantzkius, qui *ad tit. tit. de Stat. hom.* ad hæc duo Ius omne referri posse statuit. Adde, si libet, personatum Veridicum de Iustiniano in Ration. corp. jur. reconc. §. 16.

(b) Quid sub vocabulo personæ heîc intelligatur, facile patet, Substantia nempe incommunicabilis humana, seu uno verbo, Homo; Ita enim in Jure nostro Civili quoque Homo & Persona unum idemque significant in *l. 2. & 3. tit. de Stat. hom.* conf. D. Grashof. *Dissert. de Iure hominis* §. 60. 61. 62. Varias alioquin Personæ significationes vide referentem D. Taborem *in annot. ad C. I. A. tit. de statu homin. th. 3.*

(c) Rei vocabulum, quod cæteroquin latissimo sensu etiam personam comprehendit *l. 1. §. 1. tit. de Rer. Div.* hîc eidem contra distinguitur, prout fit in *l. 195. §. 1. tit. de V. S.* atque alias in jure nostro regulariter. Denotatque omnia, præter hominem, reliqua, circa quæ actiones humanæ externæ versantur, & versari possunt.

§. 2.

§. 2.

Persona pro materia hîc substrata alia est principalis, (a) *vel accessoria* (b) *alia expressa* (c) *vel subintellecta,* (d) *item alia naturalis* (e) *vel moralis sive civilis.* (f)

(a) Scilicet illa ipsa persona, quæ privilegium hoc impetravit, & cum subjecto activo coincidit, vel etiam alia, pro qua ista protectorium simul æquè principaliter flagitavit. Ita Vidua de Sickingen una cum Contutoribus suorum liberorum, non modo pro se, sed & principaliter pro Filio, qui quendam hominem proprium ex vindicta occisi Parentis occiderat, Protectorium nacta est. vid. Adj. n. XXXV.

(b) Quo pertinent Impetrantis familia, cognati, subditi &c. de quibus in literis protectitiis passim. *An & Sociis* prosit, casu forsan, quod ii cum impetrante negociationis gratia commorarentur vel peregrè irent? quæri potest, & Resp. quod sic, de iis tamen, qui determinato proposito sec. Angelum *ut Socii* à principio socialiter venerunt cum ipso habente securitatem, seu qui ad illum finem negociationis pro veris sociis fuerint recepti & associati. Boërius *dec. 179. n. 5.* etiamsi Iudæi, Idem *d. l. n. 6.* Klock. *Tom. IV. consf. 116. n. 45.* Non autem Hostes nec Hæretici, cum quibus nulla participatio (observatâ tamen distinctione *supra* §. 8. *lit. d.* adhibita) Idem *d. l. n. 7.*

(c) Cujus in diplomate protectitio fit mentio expressis nominibus propriis, vel aliâs luculenter demonstrativis.

(d) Quæ non quidem in protectorio exprimitur disertè, attamen in eo per bonam interpretationem & consequentiam continetur. Hinc licet *uxor* in protectorio non exprimatur, ad illam tamen rectè extenditur, sicut in quocunque privilegio hoc fieri docent Baldus, Salicetus, Alexander, Jason & Dd. *in l. 1. C. de in jus voc. l. 2. C. de Episcop. & Cler. l. 1. & 2. C. de Vxorib. milit. l. 6. & fin. C. de prof. & Medic. l. 6. & ibi.* Lucas de Penna *C. de fabri cens.* Schraderus *de Feud. part. 9. cap. 3. num. 5.* & in Salvo conductu speciatim Baldus *consf. 414. vol. 5.* Magalottus *tr. de secur. p. 3. n. 29.* Premus *tr. eod. qv. 6.* Becht. *item th. 155.* Quin ad *necessariam familiam* eam extendi tradit. Sixtin. *de regalib. l. 2. c. 2. num. ult.* Modest. Pistor. consf. 49. n. 54. vol. 2.

(e) Physica sive simplex, item singularis v. Puffendorff. *elem. Iuruspr. universf. l. 1. def. 4.* §. 3.

(f) Item composita, quo nomine veniunt corpora & universitates, quas sub certam

certam definitionem cogere difficile judicat Ulricus Huberus *de Iur. Civit. lib. 2. c. 8.* An vero Protectorium Civitati datum etiam ad *futuros cives* extendatur, Quæri posset? quod iisdem argumentis affirmandum ducimus, queîs ad eosdem Contractum Clientelarem sive protectitium extendi adstruit Hopping. *de Iur. protect. th. 37. lit. 6.* Scilicet, Civitas, non aliter atque corpus naturale, non desinit particulis paulatim commutatis, unâ manente specie, prout Alphenus JC. *in l. proponebatur 76. tit. de jud.* ex Philosophis disserit, unde & elegans illa lex & Philosophica ab Interpp. appellatur. Sed sicut flumen idem est, & vocatur, quanquam alia subeat semper aqua, alia decedat, quam comparationem ex Aristotele & Seneca instituit Grotius *de I. B. & P. l. 2. cap. 9. §. 3.* ita & Civitas per vitæ civilis consociationem, ceu vinculum, quo cohæret, & spiritum suum, durat, etiamsi alii atque alii cives ceu membra decedant & surrogentur. Et durabunt proinde tantisper etiam jura illius ac privilegia, quibus ut singula corporis membra fruantur, par est, & Principis privilegium concedentis utique mens fuit ac intentio. *Incolas* etiam & *Iudæos* sub generali & indefinita protectione promissa contineri, at Pfalburgeros, (i. e. falsos cives, qui secundum *A. B. c. 16.* unde definitionem eorum optimè construi posse dicit Cl. Bœclerus *in Not. Imp. l. 2. cap. 5.* in fraudem sui Superioris, se in civitatem aliam adscribi procurant, ut ejus privilegiis & defensione fruantur, & tamen in loco pristinæ habitationis permanent. v. Wehner. *O. Pr. lit.* P. Besold. *lit. ead. num. 15.* Speidel. *Notabil. P. num. 34.*) excludi tradit Idem præallegatus Hopping. *ibid. lit. c. d. & f.* Cæterum qua ratione corpora & universitates hæ in diplomatibus designari & circumscribi soleant per aliquot exempla, videre licet sub Adjunctis Num. X. & XXXII. scil. in civit. Bremensi. Die Ehrsame Unsere und des Heil. Reichs liebe Getreue N. Burgemeister und Raht / Unser und des Heil. Reichs Stadt Bremen / deren Syndicos, Advocaten / Secretarien und andere Bediente / auch Unterthanen und Angehörige / sampt ihren Weibern und Kindern / Dienern und Hauß-Gesind sämptlich / und einen jeden insonderheit. Collegio Canonicorum d. civitatis sequentem in modum provisum legitur: Die Ehrsame Unsere liebe Andächtige und des Reichs Getreue N. N. Thumb-Dechant und andere Capitularen in Bremen / sampt allen ihren Leibern / Stand / Würden / Canonicaten / Vicarien / Curien / Privilegien / &c. Aliis aliter prout circumstantiarum diversitas suggerit.

§. 3. Res

§. 3.

Res proteguntur tam sacræ (a) *& Ecclesiasticæ,* (b) *quam profanæ; mobiles & immobiles; corporales & incorporales;* (c) *& quicquid ab homine haberi & possideri unquam potest.* (d) *Quod si impetrans pro certis quibusdam rebus præ cæteris protectionem desideret, vim circa illas metuens, curabit, ut speciatim illæ in Protectorio exprimantur.*

(a) Quanquam enim illæ in nullius sint bonis, tamen ut sartæ tectæ sint societatis ad cujus divinum cultum pertinent omninò interest.

(b) Ut personæ Ecclesiasticæ, de quibus *supra* §. *2. c. 4.* possunt esse subjectum, ita & res Ecclesiæ ab Objecto Protectoriorum Cæsareorum neutiquam sunt excludendæ. Benè Menochius *de arbitr. Iudic. quæst. cas. 338. n. 6. Solet,* inquit, *hæc Salvaguardia à Principe concedi, non modo pro bonis Laici, sed etiam Ecclesiæ. Et ego vidi Serenissimum Sabaudiæ Ducem religiosissimum, Abbati, & Monachis Cartusiæ Vallis Pigii apud montem regalem Pedemontium, amplissimam Salvamguardiam concessisse, & rectè, quoniam Ipso jure Christiani Principes sunt Ecclesiæ Protectores, ut de Imperatore scriptum est* in Clem. 1. §. ego de jurej. *Cagnol.* in proœm. tit. in princip. n. 46. *Sic de cæteris Principibus* in c. Principes, c. Regum. c. Administratores 23. qu. 5. *& plures recenset Gigas* tract. de Crim. L. M. l. 1. sub rubrica, qualiter & à quibus Crim. L. M. commit. qu. 2. in fin.

(c) Ut sunt Jura & immunitates, privilegia &c. in quarum, scil. incorporalium rerum censu à Justiniano §. *un. I. de reb. corp. & incorp.* primo loco ponitur *Hæreditas*; quæ, utut viventis nulla sit, est tamen, ubi in casum vel eventum mortis, Protectio & Conservatio illius pro futuro hærede ab Illustri Persona, contra vulturias involantium manus providè petita & impetrata est, cujus diploma rarioris fermè exempli loco adjungimus sub No. XVIII. *No. XVIII.*

(d) An ad *Futura* seu postmodum quæsita Protectorium concessum porrigatur quæri posset. Et cum in contractu protectitio auctis clientum bonis protectionem etiam ad augmentum extendat post Scharff. *consil. 34. n. 11. cent. 2.* Hœpping. *de jure protect. th. 38. lit. b. in fin.* ea ratione motus, quod immunitas alias ad bona etiam postmodum quæsita porrigatur, *arg. l. 65. de leg. 2.* Fab. de Anna *cons. 61. n. 18. & 23.* Alex. *cons. 178. n. 17. vol. 3.* Rol. à Valle *cons. 1. n. 170. vol. 2.* Natta *cons. 66. n. 13. & cons. 160. n. 23.* Dan. Moller. *4. semestr. 21. num. ult.* Berlich. *Decis. 104.* & in Concessione Principum, etiam adjacentia & pertinentia comprehendantur arg. *l. 2. C. de*

bon. vacant. Carol. Tapia *in l. fin. p. 1. c. 2. de constit. Princ.* minus sane dubii residet, cur Privilegia nostra ad bona futura non extendere licitum sit. Majoris cautelæ tamen gratia etiam expressè futurorum bonorum in Diplomate mentionem factam legas, quod habet Stamlerus *de Reserv. Imp. §. 63. n. 5.* ibi. Possessionen so sie itzund haben / oder künfftig weiter erlangen und bekommen / oder mit gebührendem Titul an sich bringen möchten / mit allen derselben Ein- und Zugehörungen nichts ausgenommen.

CAPUT VI.

DE FORMA ET MODO PROTECTORIA PETENDI, DECERNENDI, EXPEDIENDI, ET INSINUANDI.

§. 1.

FOrma *protectorii alia interna est, alia externa.*

§. 2.

Interna (a) *est ipsa vis ac virtus protectorii, qua illud efficax est Impetrantem adversus vim atque injurias securum reddere, vel si quid contra fiat, violantem ad pœnam protectorio insertam obligare.*

(a) Quæ nihil aliud est nisi ratio quidditatis aut essentiæ rei, per quam res est id, quod est, vocatur aliâs à Philosophis ratio essendi, ratio formalis natura &c. v. venerandus quondam Senex & Philosophus Giessensis Ebelius, Præceptor m. (cujus laudes pro merito celebratas vid. ap. D. Hanneken, *Dier. intercis. part. 1. inter. c. 10. Aph. Metaph. Disp. 1. in append. & Disput. 11. th. 18. & 23.*

§. 3.

Externa (a) *sistit modum, quo singuli actus, qui ad existentiam & complementum Protectorii sive antecedaneè sive concomitanter, sive consecutivè faciunt, expediuntur; Nec*

Nec enim hi uspiam commodiùs quam sub formæ loco videntur tractari posse.

(a) Cum qua tum assistens forma, tum accidentalis in nostrâ hâc materiâ alicubi coincidunt. Quæ autem illæ formæ sint, inquirenti licet consulere Philosophos, & si libet cit. Ebelium *Aph. Metaph. D. 11. th. 23.*

§. 4.

Inter illos actus primò se offert Petitio *seu Supplicatio pro obtinendo Protectorio ad Imperatorem directa, qua S. S. Majestas expositis breviter causis eò moventibus, ad concedendum hoc Imperiale Privilegium decenter ac humillimè imploratur.*

Exemplar & ideam sive formulam hujus supplicationis novissimam vide inter Adjuncta sub N. XIX. & aliam ubi petitio iteratur, & causæ pro rei exigentia latius exponuntur sub N. XX. *N. XIX.* *N. XX.*

§. 5.

Succedit, ubi Supplicatio illa ritè oblata & proposita fuerit in Consilio; (a) Causæ cognitio (b) *quâ super ea, utrum satis prægnans, nec ne, & quatenus supplicanti deferendum sit, deliberatur, quandoque etiam pro rei gravitate ad Imperatorem ipsum cum rationibus è Consilio refertur.* (c)

(a) Imperiali Aulico sc. Nam in hoc frequentius in Camerali Iudicio verò rarissimè Protectoria concedi è Magenhorstio supra observatum fuit.

(b) Neque enim hunc protectoria dandi actum inter eos nunc referre liceat, qui per libellum expediri possunt, *l. nec quicquam 9. §. ubi decretum 1. tit. de offic. Proconf.* i. e. qui quasi per libellum & eo solùm inspecto terminantur ac dissolvuntur, prout hanc Phrasin legalem interpretatur Petrus Stella *in repet. super d. l. n.* 13. 14. 15. Nam aliquid facti subest in illa supplicatione, quo casu causæ cognitio necessaria est; adeò, ut nec Princeps superiorem non recognoscens talia per libellum expedire queat, non examinato negotio aut non admissa partis defensione *l. f. tit. de nat. restit.*

ſtit. cl. paſtoralis §. *cæterum de ſent. & re judic. c.* 1. *ubi gl.* & Panorm. *X. de cauſa poſ. & propr.* Bald. *in l. fin. C. de legib.* Petrus Stella *d. l. n.* 16. Hæc a. cauſæ cognitio, in quibus conſiſtat, in ſimili ferè docet Ulpianus *l.* 5. §. 1. *tit. de legitim. tutor.* ibi : Sed hoc cauſa cognita Prætorem ſtatuere debere melius eſt, utrum debeat ſatis dare Patronus liberique ejus , annon, ut, ſi Perſona honeſta ſit, remittatur ei ſatisdatio : & maxime, ſi Subſtantia modica ſit , ſi autem patroni perſona vulgaris vel minus honeſta ſit ; ibi dicendum eſt, ſatisdationem locum habere : ut aut modus tutelæ, aut perſona aut cauſa admittat ſatisdationem. Nimirum proba omnium circumſtantiarum perſonæ, rerum, loci, temporis, cauſæ &c. conſideratione cognitio hæc abſolvetur, citatis etiam quibus intereſt ; Verſatur enim cognitio in audiendo partes, & conſiderando jura ipſorum, ut ait Socinus jun. *conſ.* 23. *n.* 26. *vol.* 1. Cephal. *conſ.* 89. *n.* 3. *vol.* 1. Eaque ita demum fiunt, ſi partes citantur, eorum jura audiuntur, ordo judicii ſervatur &c. ex Menoch. *conſ.* 629. *n.* 11. *vol.* 7. Barboſa *locupl. lib.* 3. *c.* 11. Ubi tamen diſcrimen habendum erit inter Protectorium limitatum & illimitatum, de quibus ſpeciebus *ſupra c.* 2 §. 4. & 5. dicere antevertimus, quòd ſc. hoc nemine citato, illud vero citatis iis, quorum intereſt, concedatur, & quidem regulariter. Aliquando enim limitatum contra certam perſonam, concedi etiam eâ non citatâ, abſq; cauſæ cognitione, tradit ex Menochio Magerus *de Adv. arm. c.* 3. *n.* 142. Ob præjudicium per Principis aditionem, &, ſi forte ſub & obreptitiè impetratum fuerit, inſecutam revocationem, facilè reparabile. Sane ſi verum eſt, id quod eſt, & ab omni Iudice ac Magiſtratu præ oculis habendum, citandum eſſe ad omnem actum, quisquis ex eo actu lædi poteſt. *l. nam ita* 39. *tit. de adopt. l.* 47. *tit. de re Iudic.* A. Faber *in Cod. def. for. l.* 1. *t.* 2. *d.* 48. *n.* 2. nullum eſt dubium, quin ſanctius illud Cæſ. Maj. Conſilium maximè cautè & circumſpectè in concedendo adverſus certam & limitatam perſonam Protectorio, eâ non citatâ, procedere ſoleat, ſupplicantemque non ante precum ſuarum faciat compotem , niſi is haut incertis demonſtrationibus probatum dederit, verè, non vano timore illi vim & injuriam, cujus ſane imputatio virum civemque bonum & honeſtum gravat, ab adverſario imminere. Quâ in re haut minus curioſam practicam in Regno Siciliæ ſervari tradit. Maſtrill. *l.* 3. *deciſ.* 263. *n.* 20. 21. ubi, *Practica*, inquit, *hodie ſervatur in Magna Curia, ſic, quod ubi per aliquem fit petitio hujusmodi literarum Salvæguardiæ, conſuevit Illuſtr. Prorex providere, quod M. C. ſe informet de contentis in ſupplicatione , & referat auditis partibus , de qua poſt Rebuff. loquitur Nevizanus* Conſ. 85. *n.* 12. *Menoch.* de arb. I. qv. caſ. 330. n. 8. *& adeo juſta cauſa requiritur, quod vanus timor non ſufficeret. Vinc. de Franch.* deciſ. 359. n. 6. Requiritur itaq; omni-

no

no utrobique, si non semper citatio, tamen causæ cognitio, eaque (ne nobismet ipsis videamur in respectu ad *d.* §. 4. & 5. *c.* 2. 8. contrarii) secundum gradus vel angustior vel amplior, plenior vel plenissima, prout nimirum S. Cæs. M. aut sapienti consilio Ejus secundum juris æquitatisque normam sufficiens vel necessaria visa fuerit.

(c) Cujusmodi relationis exemplum retulimus *supra ad* §. *14. c. 4.*

§. 6.

Sequitur è Consilio Decretum, *quod petitum vel denegat (atque hoc ad opposita referendum) vel concedit, idque paucissimis verbis* (a) *quæ Consilii Secretarius vel Protonotarius protocollo inserit, ejusque postmodum Petentis Procuratori facit copiam.*

(a) V. C. Detur petitum Protectorium sub pœna &c. & (si quid in specie inserendum) dicatur N. N. daß ꝛc. In fidem praxeos ocularem confer Protocollum in causa Hanau contra Hanau Protectorii, item aliud in causa Bentheimb Confirmationis testamentariæ & contractuũ, ut & Protectorii Cæsarei in po. successionis, sub Adjunctorum Numeris XXI. & XXII. *N. XXI.*

§. 7. *No.*

Decretum excipit ipsa Expeditio *concessi jam Protectorii*, *XXII.* die Außfertigung. *Ubi Salvaguardia viva ab ea quæ in scriptis datur, discernenda venit. Hæc fit scripto Diplomate, seu literis patentibus in forma vel communi* (a) *vel optima* (b)

(a) Quæ simplici & in omnibus Protectoriis consueto tenore absolvitur.

(b) Ubi una vel altera salutaris clausula inseritur, pœna intenditur, talisque stylus adhibetur, unde singularis gratia Imperialis eluceat, qualem fermè sistit inter Adjuncta N. I. Observare hîc liceat formam, quæ hodie præcipue in introitu cernitur. v. c. Obwohl alle und jede Unsere und deß H. Reichs gehorsame Stände und Unterthanen gemeiniglich in Unsern als gemeinen Oberhaupts Schutz/ Schirm/ Protection / und Verspruchen seyn ꝛc. jam olim in tuitionibus usitatam fuisse, cujus Exemplum in Theodorici Gothorum Regis rescripto seculo post Christum N. sexto refert, Illi à Secretis Cassiodorus *epist. 27. l. 4.* ibi: *Superfluum quidem videtur tuitionem specialiter à Principe petere, cujus est propositum universos communiter vindicare.* Tuitio ipsa dabatur his verbis: *Tuitionem nostri numinis quasi validissimam turrim, contra inciviles impetus & conventionalia, detrimenta nostra concedit Auctoritas &c.* Cæterum digna nobis visa est, quam huc referremus,

referremus, Protectorii formula, unde etiam antiquitas eorum elucet, quâ Julius Cæsar veritus inimicorum insidias, tutelæ populi Romani, penes quem tunc suprema potestas erat, se commisit, ex Appiano *bellor. civil. lib. 2.* tradita à Casellio *var. l.1. c.1.* his verbis: *Pollicemur nos Cæsarem, ejusque corpus servaturos, quantum in nobis situm erit: Quicunque vel ejus vitæ insidiatus fuerit, vel contra ipsius caput coitionem fecerit, vel ei opem auxiliumque non tulerit, sacer & devotus, esto.* Cum qua fermè coincidit illa Abimelechi, quam supra *c. 3.* §. 1. è Sacro Codice adduximus.

§. 8.

Quod si viva concedatur Salvaguardia, tum verò certi defensores cum instructione vel mandato (a) *personæ sive rei protegendæ adduntur.* (b) *Et quandoque fit, ut Supplicans utramque simul,* **schrifftl. und lebendige** *Salvaguardi impetret?*

No. XXIII. (a) Cujus formulam habet Consultiss. Dn. Stieler / der Spate / im Kriegs-Auditeur *cap. 7. in fin.* unde nos mutuantes inter Adjuncta sub N. XXIII. retulimus.

(b) Apud Symmachum *epist. ad Theodos. l. 1.* Nomenclatores dicuntur ibi: *is cum à me in sequenti tuitionis auxilium poposcisset, & unius nomenclatoris, ut in urbe pacata, adminiculo fretus incederet.*

(c) Refert ejus rei exemplum in Universitate quadam Dn. Bœckel. *de Iur. prot. clientel. part. 4. c. 3. n. 51.*

§. 9.

Expeditum deinde Diploma, solutâ *taxâ* (a) *per sollicitatorem* (b) *redimitur, qui actus vernacula* **die Außlösung** *vocari solet, atque intra trimestre spatium fieri debet* (c) *sub pœna præclusionis aut amissionis concessi privilegii.*

(a) Nisi ex peculiari Cæsaris gratia gratis attribuatur. Quo tamen casu vix est, quin summa Imperatoris Clementia taxam ministris in ea re occupatis salarii loco aliâs adscriptum, è propriis Cameræ Imperialis reditibus solvi curet; Cum S. Cæs. Majestas capitulatione se obstrinxerit, nihil in hac

taxa

taxa in posterum remissurum. *Cap. Leopold.* §. 45. Cæterum, quanta sit Protectoriorum taxa, & quam pro ratione personarum diversa, videbitur infra *sub tit. de Adjunctis c. 8. §. 1.*

(b) Sive sit petens ipse, sive Procurator illius.

(c) D. §. 45. Cap. Leop. ibi: Wir gereden auch/ daß denen / so von uns dergleichen Käyserl. Begnadigung inskünfftig erlangen/ und innerhalb drey Monat Zeit hernach darüber ihre Diplomata bey der Reichs-Cantzeley nicht rediminren und erheben/ sich der verwilligten Gnaden und Concessionen zurühmen/ oder deren sich würcklichen zugebrauchen/ von uns keines Weges zugegeben oder verstattet werden / sondern unsere Käyserl. Begnadigung solchen fals nach erwehntem termin ipso facto hinwieder gefallen/ cassirt und auffgehoben seyn solle.

§. 10.

Tandem curare debet impetrans, ut acceptum diploma tam Judici (a) *quàm parti adversæ, sive illi, à quo vim injuriamve metuit, ritè insinuetur.* (b)

(a) Et quidem competenti arg. *l. consulta divalia* 23. *C. de Testam.* Gailius 1. *obs.* 1. *n.* 12. Scilicet, si impetrans fuerit Immediatus Imperii Subditus, Cameræ Imp. insinuandum est. Gail. *d. O. 1. num. 9. &* 10. nam à privatis, ait ibid. (i. e. mediatis Imperii Subditis, ut Gylmann. *voc. citatio ad videndum* §. Tennagel *class. 2. c. 29. n. ult.* & post eos Blum. *in process. Cam. tit.* 39. §. 12. observant) non acceptantur vel recipiuntur insinuationes in Camera; addito præjudicio in causa Friderici Spets 19. Oct. anno 1555. Mediatus igitur haut ineptè egerit, si quandò illi tale privilegium contingat, ut ordinario judici suo illud insinuet. Cum & hic, modò non de Substantia privilegii, nec quatenus Jus Principis concernit, primariò disputetur, de eo cognoscere possit, docente ex Baldo prælaudato Gailio *d. O. I. num.* 13.

(b) Cùm, ut ostendatur de fundata jurisdictione; tum, ut pars privilegii scientiam habeat; sicut enim privilegia facti sunt alieni. *c. 1. de constitut. in 6.* ita eorum ignorantia præsumitur, neque nocere debet *l. plurimum 3. tit. de G. & F. ignor. l. fin. tit pro suo.* Indeque est, quod dicitur: Privilegia non insinuata judici, neque parti nihil prodesse *per l. si quis 5. & l. ult. C. de aquæ duct.* Gail. *d. o. l. n. 9.* 11. Klock. *tom. 1. Cons. 37. num. 377.* Quomodo autem & quando insinuatio ritè fiat, de eo sic docent Aa.

Ut judicio Camerali, vel ante violationem, si sc. Impetrans persona sit immediata, vel post violationem cum supplicatione ad videndum &c. in Originali (non tamen necessario in membranâ) vel transsumto literis Cæsareis stipato, exhibendum sit. Gail. *d.o.num.9.* Blum. *proc. Cam. tit. 39. th. 7.8.9.* Parti verò itidem vel ante violationem, vel in ipsa, vel statim post violationem per Notarium & testes intimatio fieri possit; Si enim violator, ubi post violationem insinuatio facta, illam non revocet, ob constantem dolum nihilominus processus impetrare licet. Blum. *d. l. th. 5.* Gail. *d. o. num. 13.* Instrumentum Notarii super actu insinuationis confectum pro exemplo videas in Adj. No. XXIV. *No. XXIV.*

CAPUT VII.

DE FINE ET EFFECTU PROTECTORIORUM, IBIQUE DE ACTIONE INDE RESULTANTE, SIVE DE PROCESSU CITATIONIS ad videndum, se incidisse in pœnam Käyserl. Schutz- und Schirms.

§. 1.

FInis *Protectorii est, ut impetrans ab omni periculo invasionis, offensionis, molestiarum ac violentiæ, præsertim injustæ & de facto inferendæ, quoad personam & bona sit immunis, adeoque dulci & intemeratâ sub hoc umbone gaudeat securitate.*

Quid enim non liceret potentioribus? inquit graviter Jac. Dur. Casellius *var. l. 1. c. 1.* in quos non grassaretur audacia, & inexplebilis divitum cupiditas, nisi eorum crudelissimæ libidini, legitimis remediis obviam iretur? Æquum sanè fuit, tenues inopesque homunciones in sinum tutelamve Virorum Principum confugere, ut illustrium Nominum terrore, & summarum necessitudinum velamento, infirmitatem ab injuria vindicarent. Itaque lege provisum est, ut quibus esset quorundam suspecta potentia vel metus justas ob causas creatus, probatis Principi vel Judici formidinis rationibus in cura Judicum & tutela Principum constituerentur.

erentur. Dum autem finem hunc Protectorii consideramus, qui est securitatis præstatio, facile quis opponat, supervacaneum esse hoc extraordinarium defensionis remedium, eò quod circa illud pro innocentibus Legis & Imperii præsidium militet, ac Imperatoria Majestas in hunc ipsum finem sceptra, regimenve à DEO teneat, perque hoc jam tum obligata sit, ut securitatem publicam & privatam in Provinciis sibi subditis Imperiique limitibus per Constitutiones & Officia sua civilia & militaria jugiter tueatur. text. *in l. 3. pr. tit. de offic. Præf. vigil. l. 13. tit. de offic. Præf. l. 12. C. de offic. P.P. §. 4. Nov. 17. cap. 2. R. Imp. de anno 1555. §.* Nachdem / & seq. junct. §. und damit / omnesque bona facientes protegat, *auth. habita C. ne fil. pro patr.* & illæsos conservet. *Nov. 85. in princ.* adeo, ut si hoc facere ad implorationem vel nolit vel nequeat civitas indefensa alii se submittere possit, ex mente Felini *c. cum non liceat n. 12. v. 8. de præscriptionib.* Becht. *de secur. & S. cond. th. 38. & 39.* Jam autem frustra id peculiari facto vel privilegio quæritur, quod jure Communi competit *l. un. C. de thesaur. c. contra morem dist. 100. can. hinc est* 16. *qu.* 1. *Surdus Cons. 298. num. 26.* Movent hoc dubium, sed simul removent Magerus & Colerus: Hic in materia Salvi conductus *tr. de proc. exec. part. 4. c. 1. num. 171. 172.* Ille sub Quæstione. *An etiam proprii Subditi in specialem protectionem recipi possint ac soleant? tr. de Advoc. arm. cap. 8. num. 368. & seqq.* Siquidem, quod ad solutionem illius facit, & abundans cautela non nocet *l. testamentum 17. C. de testament.* & Princeps ejusque Tribunalia & Officiales per hanc specialem in tutelam receptionem *arctiùs* obligantur, *citiusque* ad defendendum, imò sicut Abbas Panorm. *ad c. recepimus X. de Privil.* loqui amat, ad *fulminandum sententias* commoventur; Quin & aliâs specialia plus operantur, quàm generalia, quæque specialiter notantur, magis memoriæ commendantur. *Novel. 1. l. apud Labeonem 15. §. hoc edictum 26. tit. de Injur. Vultej. 3. Cons.* Marp. *30. num. 25.* Tabor *in Barbos. locupl. l. 17. cap. 43. ax. 4. & 12.* Præterea, quod potissimum est, per insertam protectorio determinatam pœnam, de quâ posteà, deterrentur ab offensione, & divexatione illi, qui aliâs facilius ad offendendum prosilituri essent, præsertim in amplissimo ac vasto Cæsaris Imperio, ubi quilibet Princeps facit ferè, imò ex notissimo Superioritatis jure, plus in suo, quàm quod Imperator in universo, nec alia Cæsarea tuitionis præsidia illicò ubivis præstò sunt; Ut adeo appareat hinc, neutiquam esse frustraneam, neque de

 vento

vento servire censendam (uti loquitur M. Antonius de Amatis *decis. 10. num. 28.*) hanc specialis protectionis gratiam. Subjungere hîc libet Rescriptum Theodorici quondam Gothorum Regis non inelegans,& ad hanc rem apposité faciens, quod ex const. 198. de Tuit. & Mund. refert Magerus c. l. num. 399. *Superfluum* rescripsit ille, *quidem videtur, tuitionem specialiter à Principe petere, cujus universos communiter vindicare est propositum, sed quia securitatem quorundam, violentorum execranda temeritas inquietat, non piget, dolentium querelis ad hanc partem pietatis nos adduci, ut quod omnibus præstari cupimus, supplicanti potissimum conferamus.* Nec absimilia sunt, quæ JCtus quidam in Aula Imperiali Practicus ad Quæstionem: Obs auch rathsam sey/dergleichen Protectoria und Conservatoria außzuwürcken/ novissimè respondit, cujus ipsa verba huc transcribere non pigebit: So möchte auch/ inquit, denen generalibus im Wege stehen/ daß/ wann ein Reichs-Standt den andern propriâ authoritate contrà jura graviret/ man ja alsdann solche præstantissima & saluberrima Constitutionum Imperii remedia habe / welche von gesampten Ständen des Reichs placidirt/ und der geringsten exception nicht unterworffen/ dahero dann auch der hochpreißliche Reichs-Hoff-Rath desto getroster darauff sprechen/ und schleunige Rechtshülffe gedeyen lassen könne/ dahingegen die Protectoria und Conservatoria einseitig und inauditâ alterâ parte erhalten / und deßwegen vielen Außflüchten unterworffen/ also/ daß ja übel gethan zu seyn scheine / denen validissimis in Constitutionibus Imperii contra viam facti verordneten Pharmacis ein medicamentum infirmius, dergleichen das Protectorium oder Conservatorium vorzuziehen. Alleine / nachdeme gar offters in ipsa Executione die Execution ermanglet ; So möchte rationibus ejusmodi non obstantibus, nicht übel gerathen seyn/mit dergleichen Protectorio oder Conservatorio sich zu prospiciren/ zumahl/ da durch selbige man sich ja eben der remediorum Constitutionum Imperii ordinariorum nicht begibt / sondern selbiger und des Protectorii oder Conservatorii pro re nata conjunctim bedienen kan / wie dann aus einem Anno 1682. den 16. Jul. ausgefertigtem Dünckelspielischem Conservatorio zu ersehen/daß neben selbigem / zugleich auch ein mandatum de restituendo relaxando captivos,& amplius non offendendo S. Cl. erkant worden.

§. 2.

Effectum *considerabimus primò remotivè, dein positivè.*

§. 3. Re-

§. 3.

Remotivè *sciendum*, *quòd protectoria mediatæ jurisdictioni ordinariæ inferioris Domini vel Magistratûs, cui alioqui personæ Impetrantes earumque bona subjecta sunt, non derogent* (a) *nec præjudicium ullum illi aliive tertio,* (b) *imo nec Ipsi Concedenti* (c) *in suo jure adferant.*

(a) Gail. *2. O. 54. n. 7.* post alios à se allegatos, & præsertim Schurff. *cons. 23. cent. 3. p. tot.* Regn. Sixtin. *de Regalib. l. 2. c. 14. n. 106.* eleganter A. Faber *in C. l. 3. tit. 12. defin. 5. per tot.* Supremi enim, ait ille, optimique Principis & omnes omnium jurisdictiones, licet inferiores, tueri, non turbare aut infringere *l. ult. tit. de Iurisd. omn. judic. l. ult. C. ubi & apud quem cogn. in int. rest. l. Consult. 23. C. de testament.*

(b) Si enim debent accipi Rescripta omnia Principis, ne alieno juri quicquam derogetur *l. 2 §. si quis à Principe tit. ne quid in loco publ.* neve beneficium Principis alteri sit captiosum *l. Paulus notat 8. de præt. Stipul.* Nec Privilegium à Principe concessum ad alienam injuriam porrigi oportet *l. impuberi 40. tit. de admin. & peric. tutor. A. Fab. d. def. n. 4.* Hinc est quod dicunt Dd. hujusmodi Salvamguardiam neminem lædere, & ei cui conceditur, non plus Iuris, quàm prius habebat conferre, ad *text. in c. ex parte 2. & c. recepimus X. de privileg. ubi* Abb. & Decius Natta *consil. 237. col. 2. l. 3.* Menoch. *arb. cas. 338. n. 8. & 9.* Mastrill. *dec. 263. n. 25.* A. Fab. *d. l.* Hinc est etiam, quod si quis speciali Principis aut Ducis belli Salvaguardia exemptus sit ab hospitatione & receptione militum von würcklicher Einquartierung, non sit immunis ab onere bursali hospitationi annexo, Von den Lehnungen oder Verpflegungen ex Reinking *de R. S. & E. l. 1. l. 5. c. 4. n. 181.* tradente Richter. *Dec. 70. n. 52.* ne scilicet onus nimium inæquale cæteris incolis accrescat. Habentes igitur jura parata possunt ea, protectorio non obstante, liberè exercere. Abb. Pan. *ad d. c. recepimus* ℣. *Nota ex fine literæ*, unde videas etiam in antiquioribus Protectionis diplomatibus ut plurimum hanc insertam esse clausulam. Doch sollen sie / einem jeden um seine Spruch und Forderung an den Enden / da es sich gebühret / rechtens statt thun. *V. Adj. N. I. & VI.* Quæ in recentioribus, fortè, quod ipso jure subintelligitur, haut amplius frequentatur. In veteribus tuitionum formulis exprimebatur verbis: *Salva civilitate*, i. e. modò nihil contra juris civilis regulas peteretur. v. Rescriptum Theodorici ap. Cassio-

 dorum

dorum *l.4. ep. 27.* quam clausulam, observante Casellio, Princeps inserebat, ne velle videretur, autoritatem suam potiorem quàm legum vim & sanctitatem esse.

(c) Aptè huc quærit Pancirollus *consil. 154. n. 8. circa fin.* An Princeps recipiens sub sua Salvaguardia *res ad se pertinentes* sibi præjudicet, præsertim illas generaliter nominando, velut aquaria, nemora, molendina, domos, possessiones & similia: Suppositio, quod aquæ &c. ad Principem pertineant, non ad eum, quem sub sua Salvaguardia recipit? Et respondet: Principem & si recipiat aliqua bona sub sua protectione, non tamen intelligi renunciare juribus, quæ in illis habet, quia inducta ad unum effectum non debent ad alium trahi, juxta *c. ad nostram de apellationib.* & jus agentium non operatur contra eorum intentionem *l. omnis, tit. si certum petetur*, ibique Dd. Cùm ergò mens Principis fuerit tantùm protegere bona & detenta ab aliquo, non autem juribus suis renunciare, non censendum esse, aliquo modo iis derogare, præsertim cùm facilè potuerit Princeps jura sua ignora, & licet nominaverit aquas vel nemora &c. intelligi tamen de illis quæ pertinent ad eum, quem recipit sub sua Salvaguardia, non de aliis, quæ sunt ipsius Principis fac. *l. si de certa C. de transact.*

§. 4.

Positivè *alius est primus & immediatus, alius ortus & mediatus.*

§. 5.

Effectus primus *est illud ipsum in executione & obtentu, quod ceu finis respiciebatur in intentione, scilicet Impetrantis protectio* (a) *juriumque illius quoad personam & res conservatio* (b) *indeque illi contingens securitas.*

(a) *Protectio*, defensio, tutela, conservatio, actus & effectus sunt, quos Imperator Suæque Majestatis causæ adjuvantes & Ministræ per Protectoria impetrantibus præstant. *Securitas* verò magis ad habitum quendam impetrantis respicit, estque consequens & fructus protectionis protectum redigens in *statum* tranquillum suarum possessionum, unde illi mentis interior lætitia, vitæque civilis major beatitudo. Hinc patet, utrum satis accurata sit securitatis definitio*, quando per Doctores dicitur legitimum Præsidium v. Petrus Premus *de Securitatis promiss. p. 8. 9.* & nescio, num exinde quod generis loco ponatur causa efficiens possit excusari, siquidem

dem causa de effectu ceu relatum de correlato in casu recto non posse prædicari, Philosophia docet.

(b) A. Fab. *in C. d. l. 3. t. 12. def. 5. n. 1.* Dn. Boeckel. *de Iur. prot. part. IV. c. 3. n. 51.*

(c) Non illa resupina omnis metus, curæ, sollicitudinis, diligentiæque vacuitas, laxave peccandi licentia (unde & facti securitatem regulariter ab ea, quæ publica lege conceditur, removimus *supra c. 2. §. 3. n. 2.*) quo sensu *securus homo* dicitur *in l. 3. §. tit. de I. & F. ign.* & in *c. 1. caus. 8. qu. 3.* dicitur *rapinæ securitas*; sed vitæ & bonorum, quæ possidemus, absque metu & periculo amissionis vel læsionis, tranquilla fruitio, quæ ut supra dictum, bona ipsa perficit, & non minima vitæ beatæ pars est. Aristotel. 1. *Reth. 5. num. 20.*

§. 6.

Postquam verò in hac rerum humanarum imperfectione (a) *per hoc S. Cæsar. Majestatis Diploma, omnia & singula in contrarium facta* (b) *uno quasi ictu præcidi nequeunt,* (c) *oriuntur ejusmodi facto aliquo intercedente è Protectorio Actiones, quæ exinde, ut effectus illius ortus ac mediatus in considerationem heîc veniunt pleniorem.*

(a) Ubi nihil sinceri securique est, & à bonis sejungi mala non possunt.

(b) Quibus impetrans *cum* vel *sine* proposito lædi potest.

(c) Nam licet Imperatoria Majestas præstantissimo hoc securitatis remedio per Imperiale Interdictum nocituris & voluntatem & facultatem nocendi cohibeat, id quod ad perfectam securitatem omninò requiritur, v. D. Rosenfeld. *de Iure Secur. c. 1. §. 12. & seq.* tamen illud non fit nisi *moraliter*. Quandoque autem cives eò malitiæ progrediuntur, ut nec precibus nec præceptis intra orbitas contineri, eisque animus & voluntas nocendi adimi queat, quo casu, nisi facultas nocendi *naturaliter* per vim majorem (quod per vivam Salvamguardiam aliquando præstatur) adimatur, Protectorium fine & effectu primo hactenus destituitur; alium tamen intercedente & mediante facto nocivo producit; obligationem nimirum ad pœnam insertam, quæ per Actionem & processum à nocente in terrorem sui & aliorum exigitur.

§. 7.

Factum Protectorio contrarium est vel cum proæresi *seu doloso proposito*, (a) *vel* sine *eo*, *ex alio quodam impulsu* (b) Illud *in violationem Protectorii incidit.* Hoc *non item*, *adeoque diversimodè in actione producenda operatur.*

(a) Scilicet non attento tam sublimi ac reverendo supremæ Potestatis interdicto impetrantem nihilominus lædendi vel divexandi.

(b) Forsan proprii juris, quod quis sibi prætendit, vindicandi aut conservandi gratia.

§. 8.

Quod si quid contra fiat sine malo proposito, *non aliam ferè protectorium parit actionem*, *nisi* retinendæ possessionis Interdictum.

Hujus enim implicitam causam habet, uti eleganter tradit A. Faber *in C. l. 3. t. 12 def. 5. n. 1.* ejusque nec frequentiorem ullam apud Subaudos usum esse, quam ex ejusmodi diplomatibus observat, cui bellè concordant, quæ ante eum Berengar. Fernandus JC. Italus *in repit. l. naturaliter §. nihil commune tit. de acqv. poss. præfat. 5. num.* 141. scripserat, cujus verba cum Autor in paucorum manibus versetur, adponere non pigebit. *Solet*, inquit, *practicari aliud remedium possessorium, de quo nihil adhuc diximus, quod & plenius & utilius esse pluribus videtur, vocaturque Salvaguardia, quæ solum à Cancellaria Principis impetratur. Et habet vim manutenentiæ aut statuti querelæ, prout Impetrans eo maluerit uti, per quod etiam non modò rerum possessioni providetur, sed & Impetrantis persona defenditur.* opt. text. in l. denunciamus C. de his, qui Eccl. conf. text. in l. illicitas §. ne potentiores tit. de off. præsid. *Fient itaque inhibitiones adversario etiam absenti, ne impetrantem ulla ratione lædat, sub pœna pecuniaria.* Atque eò forte collineasse videtur Nobilis quædã immediata Franconiæ, quæ cum in pago aliquo jus hospitandi exclusivum sibi assereret, & contra Subditũ quendam Præfect. Sonnef. qui annos aliquot itidem in pago illo hospitaturam exercebat, coram superiori super turbatione quereretur, inter alia intentionis suæ argumenta, quibus innitebatur, etiam Protectorium suum producebat, inque tran-

transumto libello jungebat, quod sub Adj. N. XIIII. exhibere non dedignati sumus.

§. 9.

Violatio (a) *producit obligationem* (b) *ad pœnam, Obligatio actionem* (c) *ad eam persequendam.* (d)

(a) De qua infra inter Contraria pluribus.

(b) Est enim violatio protectorii delictum, & quidem grave. Quisquis autem delinquit, obligatur tum ex lege *l. 1. de legib. l. obligamur 52. ff. lege de O. & A.* tum ex proprio consensu *l. Impp. l. 34. de jure fisc.* ad pœnam Heig. *ad §. sequens divisio I. de Obligat. n. 12.*

(c) Omnis actio ex obligatione quadam præcedente oritur Heigius *ad. d. §. n.* 10. licet non reciprocè omnis obligatio Iure Civili producat actionem efficacem.

(d) Privilegium n. Salvæguardiæ alicui concessum operari debet, nec impetrans cum rebus suis ullo modo videtur. Si autem contra fiat: bonum & æquum est eo nomine actionem dari *arg. l. non solum §. 1. tit. de Iurejur.* Mager. *& advoc. arm. c. 17. n. 223.*

§. 10.

Pœna *illa est vel generalis & indeterminata, vel specialis ac determinata.*

§. 11.

Generalis & indeterminata *est gratiæ Imperialis jactura* (a) *comitem habens pœnam* arbitrariam, (b) *quæ pro ratione circumstantiarum etiam* ad mortem usque *extendi potest.* (c)

(a) Sive inclementia Cæsaris, ita enim habent formulæ, Bey Vermeydung Unserer Käyserl. Ungnade und Straff. Aliquando etiam Imperii fit mentio, Unserer und des Reichs schweren Ungnad und Straff/ ut in Protectorio N. III.

(b) Guil. de Cuneo *tr. de securit. n. 33.* Gregor. de Magelottis *tr. de Secur. & Salv. cond. part. 4. n. 16.* Nevizanus *cons. 83. n. 10.* 11. Menoch. *arb. jud. quæst. cas. 338. n. 13.* Ioach. Burger. *obs. jurid. pol. milit. 79.* committendam

non

non arbitrio partis offensæ, quod aliquos per *l. fin. C. de legat.* sensisse referunt, & refutant de Cuneo & Magelottus *dd. II.* sed prudentis Judicis, qui arbitrabitur inspectâ qualitate negotii & personarum, Nevizan. *d. l. n. 11.* ubi arbitrium hoc, cui non licet esse vago, ex Cagnolio juxta sequentem distinctionem dirigit; quòd si concedatur securitas à Principe, tunc incurratur pœna L. Juliæ Majestatis *l. 1. tit. ad L. Iul. Maj.* si ab inferiore, & quis occidatur, puniatur occidens pœna mortis: si vulneret, multiplicetur. Si aliâs injurietur persona, plectatur pecuniariter. Si verò delinquatur solum contra bona, tunc puniatur arbitrio judicis, quod paulò ante ipse Nevizanus explicuerat per duplicationem illius pœnæ, quâ afficeretur, si non adesset Salvaguardia. Planè, quantum ad pœnam Criminis læs. Maj. attinet, eam quidem ex Gigante *tr. de Cr. L. Maj. l. 1. qu. 18.* nunnulli Dd. in violatione Salvæguardiæ s. Protectorii applicant, v. Menoch. *d. l.* Joach. Burger. *observ. 79.* Verùm haut abs re in dubium id vocatur à Guil. Cuneo *d. tr. de securit.* eò quod talis non directò frangat pacem Imperatori. Et ipse Boërius, quem Burger. *d. l.* tamen pro se allegat, negat, si Securitas non contra ipsum Principem vel Rempubl. (v. Ulpian. *in l. 1. tit. ad L. Iul. Maj.*) sed contra privatum infringatur, teneri crimine Læsæ Maj. verùm talem extraordinariè puniri debere ait, secundùm casus exigentiam *decis. 179. num. 4.* Jac. Dur. Casellius *var. 1. c. 1.* refert hodiè eum, qui in Gallia contra tuitionem s. securitatem à Principe datam quid commisisset, furcâ puniri, apud Allobroges, pœnâ pecuniariâ, quam in tuitionum Rescriptis Dux inferre i. e. statuere solet.

(c) Menoch. *de arbitr. jud. qu. cas. 338. n. 13.* cum Aa. ibi allegatis. Joach. Burger. *cit. obs. per l. 5. & ibi* Dd. *C. de his qui ad Eccles. confug.* Damhoud. *pract. criminal. c.* 107. qui dicit al. quando capitalem pœnam ferri, juxta consuetudinem locorum, ubi ea publica pax aut securitas alii indicitur. Quò magis enim è qualitate facti conspicuum redditur Principis autoritatem læsam, ejusque Majestatem ex proposito contemtam esse, tantò asperior pœna violanti erit infligenda, ut contemtui isti, Reipublicæ perniciosissimo severè non minus ac maturè eatur obviam. Præprimis autem corporalem aut mortis pœnam in violationem *Salvæguardiæ militaris* tam ἐν πλάτει quàm strictè sic dictæ *v. suprà c. 2.* §. 12. constitutam observare licet v. des R. R. Reuterbestall. *art. 98. junct. art. 98.* Käys. Maximil. II. Art-Brieff *art.* 18. Ferdin. III. *art.* 23. König Schwed. Art-Brieff *tit. 4. §. 26.* Churf. Brand. Kriegs-Recht *art. 13. tit. III.* Holl Kriegs R. *art. 15.* De cætero tamen, antea quàm ad pœnæ exactionem Severitas S. C. Maj. progrediatur, observare etiam licet summam illius clementiam qs. per gradus, dehortatoriis uti, præsertim ubi circumstantiæ facti nondum fortè satis explorati

plorati illud suaserint. Sic cum D. Pastorius S. Cæs. Maj. Consiliarius adversus Inclytum Magistratum quereretur super arestata Bibliotheca & exemplaribus IVtæ partis Flori Germanici Sa. Cæs. Majestas ad Senatum, qui factum illud jam excusaverat, die 5. Oct. 1660. rescripsit inter alia sequentem in modum : Alldieweil nun er Pastorius nicht allein Unser würcklicher Käyserl. Raht und Diener/ sondern auch mit seinem pœnalisirten Käyserl. Impressorio und *Protectorio* versehen ist; So habt ihr recht und wohl daran gethan / daß ihr auf einige wieder ihn einkommene Klagen / euch seiner Person nicht bemächtiget/noch unterfangen. Es komt uns aber hergegen sehr frembd und mißfällig vor / daß ihr die Exemplaria IV. partis Flori Germanici eingezogen / zumahlen ꝛc. Befehlen demnach euch Gnädigst/ und ernstlich / daß ihr die verarrestirte 1500. Exemplaria IVtæ partis Flori Germanici alsobald anhero zu Unserer Reichs-Hoff-Cantzeley einschicket/ umb darüber / was Rechtens/ zu verordnen/ so wohl auch klagendem Pastorio alle andere seine Mobilia, so von euch oder in eurem Territorio verarrestiret worden / ihme oder dem jenigen / so von ihm dazu bestellet/ ohne einigen Auffenthalt restituiret/ und heraus gebt / euch auch hinführo aller dergleichen dem Käyserl. *Privilegio Impressorio* und *Protectorio* entgegen lauffenden Attentaten und gewaltsamen Verfahrung wieder ihn Pastorium, oder die von ihm bestellte Buchdrucker / auch deren alle gehörige Diener und Sachen gäntzlich äusert und enthaltet / und solches bey Vermeidung Unserer Käyserl. Ungnad und Straffe. An dem ꝛc. und Wora ꝛc.

§. 12.

Hujus pœnæ criminalis persecutio *per modum accusationis vel inquisitionis institui potest , prout S. Cæs. Majestati ad tuendam suam authoritatem summam , è re visum fuerit.*

Nec verò impunitum hoc crimen relinqui debet, cum talem securitatem infringere, non modo sit justitiæ leges violare, sed & in maximam Salvamguardiam largientis cedat vilipendium , & non mediocri ille afficiatur injuria, cujus ultionem, si intermittat, ejus authoritati non parum derogatur. Es gereichet dem jenigen/unter dessen Nahmen die Salvaguardien ertheilet worden/ zu nicht geringem despect, wann Er sie nicht mit behörigem Ernst und Nachtruck manuteniret, ait Joach. Burger. *singul. obs. 97. ℣. 1.*

§. 13.

Altera pœna ſpecialis ac determinata *plerunque conſiſtit in certa pecuniæ ſumma, quam violator partim Fiſco Cæſaris & Imperii, partim verò Ipſi Parti Impetranti & offenſæ pendere vi Protectorii tenetur.*

Et hæc quidem pœna civilis cum altera criminali modo dicta concurrit, nec una alteram tollit per *l. 32. tit. de O. & A.* & verba in Protectoriis adhiberi ſolita, id ſatis innuentia: Bey Vermeydung Unſerer Käyſerl. Ungnade und Straff / und darzu einer Poen von 10. 20. 30. Marck löthiges Goldes / ſo ein jeder / ſo offt er freventlich darwieder thäte / Uns halb in Unſere und des Reichs Cammer / und den andern halben Theil dem jetztgemelten N. N. unabläßlich zu bezahlen / verfallen ſeyn ſoll. Confer, quæ de Actionum pœnalium ex eodem delicto deſcendentium concurſu habet Obrecht. *de plur. concurr. actionibus theſ. 70. & ſeqq.*

§. 14.

Ad hanc perſequendam competit actio *quædam* civilis, *cujus inſpiciemus* (1.) Nomen (2.) *Cauſam &* fundamentum (3.) *Perſonam* cui *competit* (4.) adverſus quem *intentanda* (5.) *coram quo s.* Forum competens (6.) Objectum (7.) *Formam tum internam, cujus loco veniunt* requiſita *eſſentialia, tum externam, quò pertinet* (8.) Modus procedendi *per libelli oblationem, citationem, probationem, aliosque actus judiciales usque ad ſententiam* (9.) Finem (10.) Definitionem (11.) Effectum (12.) Adjuncta *ſ. attributa* (13.) Affinia (14.) Contraria.

Hos enim locos, præter diviſionem, quam hîc, dum nullum commodum occurrebat, omiſimus, ubi in quacunque actione enucleanda debito modo perluſtraveris, omnem ejus naturam atque vim exhauſeris.

§. 15.

(1.) *Nomen eſt actio violati protectorii, (a) item violatæ*

latæ Salvæguardiæ, (b) *causa violatæ protectionis*, (c) *item Processus citationis ad videndum se incidisse vel se declarari in pœnam protectorio insertam*, (d) *vel* Käyserlichen Schutz und Schirms. (e)

(a) Blum. *in Sentent. cameral. num.* 682.
(b) Magerus *de Advoc. arm. c.* 17. *num.* 222.
(c) d. Magerus *c.* 17. *num.* 114.
(d) Tennagel *de decernend. proc. c.* 9. Blum. *d. l.*
(e) Idem Tennagel *d. l.* Blum. *d. l.*

§. 16.

(2.) Fundamentum *hujus actionis triplex* (a) *est:* 1. Protectorium *ritè insinuatum* (b) *à parte Actoris.* 2. *Delictum* violationis (c) *à parte Rei.* 3. Jurisdictio fundata (d) *à parte Judicis.*

(a) Cùm Subjectum sive Suppositum in quavis Actione juridica, quæ §. 1. *I. de Actionib.* definitur, præsertim in actu exercito considerata, triplex sit; nimirum 1. Quis agat, seu Cui competat actio. 2. Contra quem. 3. Apud quem, quod tertium fori competentis nomine JCtis effertur, seu quod idem est: 1. Actor, qui subjectum activum vulgo dicitur; 2. Reus, qui passivum, & 3. Iudex, qui, postquam actori jus suum sibimet nec dicere nec exequi, adeoque pro lubitu suo, quantumvis aliâs possit de facto, actionem suam adversus reum nolentem sine judicis auxilio in effectum redigere non licet. *lib.* 14. *C. de Ind. lib.* 9. *C. de O. & A. l.* 13. *quod met. caus.* Cammer=G. O. *part.* 2. *tit.* 9. & 10. Coler. *de Proc. execut. præf. n.* 10. *& seqq. ad* 19. D. Struv. *de Vind. priv. c.* 1. *aph.* 7. *& c.* 2. *aph.* 2. etiamsi ipse juris dicundi potestate præditus sit v. D. Ziegler *dicast. concl.* 12. per tot. litem inter eos dirimit & quasi mediat Marant. *Spec. aur. p.* 2. *n.* 15. Johann. *de* Arnono *proc. jud. c.* 2. 3. Beat. Dn. Thomæ, Vir cujus manes veneramur, *tr. de nox. animal. c.* 5. *n.* 1. Hinc patet, quod Actio nihil aliud sit, quàm inter hæc supposita, è quibus omne judicium constituitur, mutua quædam relatio, quæ in unoquoque suum debet habere fundamentum, ceu principium, per & propter quod relatio subjecto convenit, vel

propter quod aptum est subjectum relationem suscipere CL. Dn. Rudrauff. *in Contempl. Metaph. 19. th.* 4. Glauberus *art. rat. rectè utend.* (*quam Methodophilus contraxit*) §. *57. c. 6.* Illud fundamentum in hac nostra actione, quoad *Actorem* est Protectorium, idque ritè insinuatum, quo singulari securitate is à S. Cæs. Majestate privilegiatus est; hoc n. est principium, per & propter quod Actori hæc actio competit, unde etiam in practico libelli Syllogismo poni solet loco majoris. Quoad *Reum*, delictum violationis quo is Impetrantem, s. privilegiatum dolosè & directè contra privilegium offendit, hoc enim est principium, per & propter quod Reus habilis est hanc actionem passive in se suscipiendi, indeque in libello assumitur loco Minoris. conf. libellum ex Gylmann. *symphor. part. 3. tom. 2. tit. 10. suppl. 5.* quoad *Iudicem* Iurisdictio fundata sive potestas in hac actione inter litigantes jus dicendi. Hæc etenim est causa & principium, cur actor petitionem suam seu conclusionem Syllogismi, ad Iudicem dirigit, quodque illum habilem reddit, judiciarios actus adversus reum etiam invitum exercendi. Patet hinc simul, unde fluant actionis hujus mox commemoranda Requisita plane essentialia, & ipsum fundamentum concernentia, quæ ubi in probatione deficiunt, non potest non actor in instituta actione succumbere.

(b) De insinuatione confer *supra c. 6.* §. *10.* & *infrà c. 8.* §. *2.*

(c) De violatione confer *infrà c. 9.* §. *5.*

(d) De hâc *mox seq.* §. *20.*

§. 17.

(3.) Persona, cui *competit, est vel* Principalis *vel* Adhærens. Illa *est is, qui Cæsareo protectionis privilegio munitus, & contra illius tenorem facto aliquo læsus vel turbatus est, sive* ipse *impetrans sive accessoria* (a) *persona sit, puta ejus* uxor, libri, Familia, Vasalli, Officiales, *& omnes denique, quorum cura ac tuitio ad impetrantem spectat, quique in Protectorio* (b) *comprehenduntur.*

(a) Nam & propter has læsas vel injuria affectas Ipse Principalis Impetrans hanc actionem instituere, quasi ipse per eas læsus sit *arg.* §. *patitur. 1. de Injur. ibique Dd.* potest, & ipsæmet personæ accessoriæ læsæ immediatè & proprio

prio nomine eam rectè intentant. Mager. *de Adv. arm. c. 17. n. 252.* atq; hoc ſine dubio tanto magis procedit, quod plerumquè etiam pœna (ne dubitem, quod Magerus *d. l. num. 251.* movet, officere queat) illis expreſſè eo caſu in protectorio aſſignetur. Conf. *in Adj. Num. VI.* Neque intentata hæc actio per unam perſonam acceſſoriam, v. c. Conjugem, filium &c. alterius principalis impetrantis perimit, & vice verſâ, *per l. 1. §. fin. tit. de injur.* Mag. *d. l. n.* 254. niſi prior agens in cauſa ſuccubuiſſet *per text. in l. in delictis* 4. *§. ſi detracta tit. de noxal. action.* ne ſæpius de uno ejusdem hominis commiſſo quæratur *D. licet gratis 6. §. poſſumus 4. tit. naut. caup. Stabul.* Magerus *d. l. n. 256.*

(b) Sive expreſſè ſive tacitè, conf. *ſupra c. 5. §. 2. not. 4.* ubi tamen cum Burger. *obſ. ſing. cent. I. O. 79.* advertendum, quòd cum pœna ex læſione Salvæguardiæ competens ſtrictè veniat intelligenda, non recipiat interpretationem extenſivam, nec ad perſonas non expreſſas facilè porrigenda ſit *l. 42. l. pen. tit. de pœn. l. 155. §. ult. tit. de R. I.* Bald. in l. cum proponas *de hæred. inſtit.* Decius *in d. l. 155. de R. I.* Fachin. *l. 9. contr. c. 30.*

§. 18.

Adhærens (a) *perſona eſt Fiſcalis ſ.* Procurator Fiſci *Cæſarei,* (b) *qui poſtquam pars læſa citationem ad videndum incidiſſe in pœnam protectorio inſertam, extraxit, & reliquo ordine proceſſum peregit, ex officio pro Jure & intereſſe Fiſci* (c) *intervenit.* (d)

(a) vel Interveniens, quanquam *Interventio* & *Adhæſio* differant ut genus & ſpecies. Fit enim *illa* etiam ad ſubmovendum ſeu excludendum Petr. Frider. Mind. *de proceſſ. extrah. part. 3. c. 8. th. 3.* *Hæc* tantum ad aſſiſtendum pro communi intereſſe. In quacunque enim actione Tertius quidam vel cum agente vel convento commune aliquod intereſſe, quod ipſum ſive per conſequentiam ſive principaliter quodammodo concernit, habet ac docere poteſt, ibi locus eſt adhæſioni tam in prima quam ſecunda inſtantia. Gail. *l. 1. O. 122. per tot.* Carpz. *proc. Iudic. tit. 4. art. 2. n. 25.* Brunnemann. *in Diſſ. de Adhæſione togata c. 5. §. 4.* Conſideramus autem ſub Adhærentis tantum perſona, Principali hoc loco oppoſita, Fiſcalem Cæſareum, non obſtante, quod principaliter etiam per violationem Protectorii offendatur Majeſtas illud largientis, ideoque eadem actio competat Imperatori,

ratori, tum ad pœnæ pecuniariæ dimidiam partem, tum ad vindicandum contemtum & injuriam, ut non immeritò quis dubitare possit, utrum Procurator Cæsareus, an verò pars læsa in processu instituendo primas habere debeat? Mager. *de adv. arm. c. 17. n. 224.* quas Fiscali etiam detulit ille, quem referunt Autor *præjudiciorum Camer. verb. privilegium sub tit. de person. privileg. §. quomodo.* & ex eo Rulandus *de Comiss. part. 3. l. 8. c. 4. n. 23.* & Blum. *in proc. Cam. tit. 39. §. 11.* qui scilicet admonebat Fiscalem Imperatoris ut adversus violatorem quendam privilegii Cæsarei, quod obtinuerat, eines Wapen-Brieffs / ad pœnam 20. marcarum auri privilegio insertam procederet, ad quod eò magis exinde moveri poterat, quod Fisci causa singulari privilegio prius agi debeat, & interim aliorum lis suspendi *l. apud Iulianum tit. de jure Fisci.* Speculat. *in tit. de Reo §. Si Fiscus* Mevius *part. 4. dec. 185. n. 7.* Verum nihilominus repulsam tulit. Siquidem stylus Cameræ ita non fert, sed Fiscalis Cæsareus in hac ut in omnibus pœnalibus actionibus, ubi pars pœnæ fisco applicanda venit, pro interesse Cæsareæ Majestatis per modum interventionis accedere solet. Ruland. *de Commiss. part. 1. l. 7. c. 8. n. 13.* ubi tamen in simili casu consultum putat actori, si Fiscalem interpellet, & secum pro interesse agat, quod & eum facturum extra dubium relinquit. Est etiam ubi Fiscalis principaliter citationem ad videndum se incidisse &c. extrahat, si scil. Iurisdictio Imperii simul violata sit, quod factum anno 1652. in causa Fiscalis & Waldenburg contra S. Albani Stifft bey Mäyntz / refert Blum. *proc. Cam. tit. 39. §. 11 Supplic. Cam. tit. 12. n. 3.* Quin & aliâs S. Cæs. Majestas extra hanc actionem violationem & vilipendium sui Privilegii vel per Fiscalem vel per Heroaldum vel per Comissarium vindicare & punire possit, nullum est dubium, cum suæ Majestati, quamvis pars læsa suum interesse non persequatur, altera via ad pœnam generalem & arbitrariam, de qua *supra §. 11.* persequendam neutiquam sit præclusa. Bartol. *in l. 1. §. usque adeò tit. de injur.* Quid enim si pars læsa super jure suo transigat cum violatore. vid. Ioach. Burger. *cent. 1. obs. sing. 79. v. an autem.*

(b) Hic, ut supra dictum, est persona Judicii Cameralis administra, quæ causas fiscales ad commodum pecuniarium Imperii vel ad Patrimonium Imperatoris augendum spectantes nomine Fisci Cæsarei in Iudicio Camerali prosequitur, de cujus constitutione & officio vid Blum. *proc. Cam. tit. 8. junct. tit. 30. de Causis fiscalib.*

(c) Id vero quoad hanc actionem consistit in dimidia parte pœnæ protectorio specialiter insertæ, fisco applicandæ.

(d) Quod fieri solet hunc in modum, ut causa per partes prius ventilatâ, ante sententiam. Ille omnes recessus, acta & actitata repetat, & Iudicis cogni-

tioni

tioni perpetratum facinus committat. Autor *præjudic. Cam. supra cit. loc.* Ruland. *de Commiss. part. 3. l. 8. c. 4. n. 23.* Magerus *de Adv. arm. c. 17. n. 225.* Blum. tit. 39. §. 11.

§. 19.

(4.) Persona, contra quam *instituenda hæc actio s. patiens, est is, qui sciens volensque protectorio privilegiatum in propria, vel suorum persona sive bonis lædit,* (a) *adeoque protectionis privilegium dolosè violat, sive* unus *sit, sive* plures, (b) mandans (c) *vel* mandatarius; (d) *Quin & adversus* Magistratum *competit, qui privilegiatum sciens volensque contra privilegium lædi passus fuit.* (e)

(a) Arrestando, impediendo, turbando, aut aliter quacunque ratione molestando, offendendo, injuriamque faciendo.

(b) Iique vel *principaliter* sese in delicto violationis associarint; namque tunc singulos teneri & quidem in solidum, non est dubium, *l. si quis id quod §. fin. & l. seq. tit. de Iurisd. comm. judic. l. item Mela §. fin. tit. ad leg. aquil. l. 1. C. de cond. furtiv.* tot enim sunt delicta, quot personæ, Gomez. *de delict. c. 1. n. 88.* sive *incidenter* ad violandum concurrerint, & forte ceu officiales vel ministri, actum violationis perficere adjuverint; etiamsi mandatum illis sit; Hoc siquidem in delicto inofficiosum est, adeoque non obligatorium *l. 1. dejecisse tit. de vi & vi armat. c. mulieres X. de sentent. excomm.* Decian. *Consil. 115. n. 7. vol. 3.* Familiam tamen hoc casu pœnam mitigandam tradunt Baldus & Salycetus *in l. servus C. ad L. Iul. de vi publ.*

(c) *Arg. text. in §. non solum I. de Injuriis l. 11. §. si mandato ubi* Bartol. *n. 1. l. 15. §. fecisse l. sed si injuria §. si jussu Dom. tit. eod. l. 5. §. 14. de vi bon. rapt.* C. I. A. *ad tit. Mandat. th. 14.* Quod quis enim per alium facit, ipse fecisse videtur *per vulg.* & aliâs generaliter mandans & mandatarius in delictis pari pœna tenentur. *l. 1. §. 12. l. 3. §. 10. tit de vi & vi armat. l. 7. in fin. tit. de Iurisd. l. 5. C. de accus.* Nellus *de bannit. in 2. p. 2. temp. qu. 7. v. 2.* id quod ampliatur, etiamsi mandatarius idem sine mandato & sponte in effectum deducturus fuisset *lib. 1. §. 12. & 13. de vi & vi arm. l. 11. §. 3. de injur. & famos. lib. l. 1. §. 1. de eo per quem fact.* Menoch. *l. 2. de arbitr. jud. qu. cent. 4. cas. 352.* Bocer. *class. 4. disp. 14. th. 26.* Vaud. 2. *qu. 5.* Meier. *in C. l. A. cit. loc.* Contrariam quidem sententiam quoad hanc ampliationem propugnat

Magerus

Mageruss *de Advoc. arm. c.* 17. *n.* 83. *& seqq.* Verùm an argumentis satis stringentibus, vix est ut adducamur. Illud tamen haut negaverimus pro ratione circumstantiarum quandoque hoc in casu pœnam mitigari arbitrio judicis posse, juxta Dd. ab eo allegatos, cum jura aliâs in dubio magis ad absolvendum quàm condemnandum proniora sint. Ad mandantem referimus etiam *consulentem & exhortantem*, cum hoc tamen discrimine, ut consulens facturo aliâs, mitior puniendus omnino sit, secundùm opinionem communem. v. Hippol. Bonacossa *com. opin. crim. voc. Consilium & consulens.* Thom. Michaelis ap. Klockium *tom. 3. cons.* 192. *n.* 108. 109. 110.

(d) Is enim, qui ex mandato deliquit, obligatur ei, adversus quem deliquit. Paulus 5. *recept. sent. t.* 23. §. 5. *l.* 5. *C. de accus.* qui textus ad hoc notabilis. Etiamsi sit officialis mandantis, maxime in atrocibus, v. Klock. *tom. 3. cons.* 183. *n.* 12. In his tamen mandatum Superioris officialem in tantum saltem excusabit, secundum communem opinionem, & pœna mitigetur, præsertim ubi Superior foret severus & tyrannus, Bonacoss. *com. opin. voc. Mandatum superioris.* Jul. Clar. *qv. 60.* ℣. *Sic solet dubitari.*

(e) Si scilicet expressè in Privilegio illud cautum sit, ut quandoq; fieri solet his verbis: Wie auch eine jede Obrigkeit so sie freventlich hiewieder zu thun gestatten / verfallen seyn soll. Sin minus hanc actionem adversus Magistratum locum non habere arbitramur, ex eo, quod pœnæ, ut supra allegatum, per extensivam interpretationem ad casus non expressos non sint dilatandæ. Posset tamen offensus contra Magistratum in officio ad implorationem negligentem aliâ actione, si velit, experiri, v. c. denegatæ vel protractæ justitiæ querelâ vel simili. Quando enim judex requisitus negligit administrare justitiam, neque expedit, quod ejus officio incumbit, tenetur actione in factum ad interesse. Schneidevv. *pr I. de oblig. quæ ex quasi ex del. nasc. n.* 11. 12. Bart. *in l. fin. tit de extraordinar. cogn.* Schurff. *c.* 1. *Consil.* 79. Imò non tantum ipsemet Iudex, sed etiam Princeps vel Civitas eum constituens. Schurff. *cent.* 1. *Cons.* 40.

§. 20.

(5.) *Persona*, coram qua 5. *Judex competens hujus actionis est sola* (a) *S. Cæsarea Majestas, ejus-ve nomine Judicium Aulicum* der Käyserl. Reichs Hoff-Rath (b) *vel Camera Spirensis,* das Käyserl. und des H. Reichs Cammer-Gericht zu Speier. (c) *Atque hæc duo suprema Judicia electi-ve* (d)

statim

statim est immediatè (e) *possunt adiri*, *sive reus ob factum violationis conveniendus sit Imperii subditus immediatus*, (f) *& tunc quidem an Ecclesiasticus, an Secularis*, *nihil interest*, (g) *sive mediatus*. (h)

(a) Tennagel. *de decern. process. c. 9. num. 2.*

(b) R. H. O. *tit. 2.* conf. quæ dicta sunt *supra Cap 3. §. 16.*

(c) Siquidem hoc in contentiosis Imperatorem & Status Imperii repræsentat Roding. *tit. Cam. l. 1. c. 16. n. 2.* & concurrentem cum Imperatore Iurisdictionem obtinet Gail. 1. *obs. 9. n. 3.* In specie verò competentiam, quoad hanc actionem attestantur Otto Melander. *in comm. Cam ad Noe Meurer. num. 54.* Laurent. Reichvvein *in formul. supplic. ex Gylmanno accept. c. 17. part. 1.* Tennagel. *c. l.*

(d) Magerus *sæpè all. tr. de adv. arm. c. 17. n. 115.* Præventio tamen locum habebit inter utrumque Jul. Magenhorst. *comm. ad ord. Cam. part. 2. tit. 27. ꝟ. Igitur Viglius &c.* eaque obtinetur per citationem solam. Mag. *d. l. n. 128.* per text. *in l. si quis post. tit. de judic.*

(e) Ratio fundandæ Iurisdictionis est, tum quod violatio privilegii Ius Imperatoris autoritatemque tangat, *arg. l. non de novo C. de legib.* text. *in c. cum venissent de Iudic.* ibique glossa *in verb. judicari* & aliâs ejus sit cognoscere super privilegiis, cujus est ea dare *arg. l. 6. C. de SS. Eccles. c. 12.* ibique gloss. Abbas & Canonistæ *de judiciis* Bald. *in l. fin. C. de Iudic.* Rot. Roman. *decis. 83. num. 3. & seq. p. 2. in noviss.* Schrad. *Consil. 23. num. 5.* tum quod pœna pro dimidia parte ad fiscum Cæsaris & Imperii pertineat Tessaur. *decis. 132. n. 1.* Natta *Consil. 580. n. 7.* Simon Günther. *in Thes. practic. in expl. tab. 69.*

(f) Non obstante privilegio Austregarum Princip. aliâs competens. Est namque inter casus, in quibus Principes & alii immediatè sub Imperio in prima instantia, in Camera conveniendi, etiam iste, si contra eos agatur super pœnis privilegiorum, fisco saltem pro parte applicantis *l. proximè tit. de his, quæ in testam. delentur.* Jul. Magenhorst. *in Comm. ad O. C. p. 2. tit. 27. ꝟ. Sic itaque regulariter* Gail. *1. v. 1. n. 7.* & novissimè A. *Processus Summ. Tribun. Inform. pag. 13.* refutatus quidem à D. D. *in not. & animadvert. ad eund. p. 64.* eò quod nec scripto nec non scripto jure sententia illa nitatur, hactenus tamen nobis non contrario, quod vel ex continentia causæ (quæ quidem hîc ratione interesse Fisci Cæsarei occurrit) summorum Tribunalium jurisdictionem fundari posse etiam adversus mediatum concedit.

(g) Nam Archiepiſcopi, Epiſcopi, Prælati, Abbates &c. ceu Eccleſiaſticæ Perſonæ, quæ ratione dignitatis, Regalium & Feudorum Imperialium immediatè Cæſari & Imperio ſubjectæ ſunt, conſiderantur hîc ut Principes Politici & Status Imperii, & eodem cum illis jure cenſentur. Gail. 1. *obſ. 30. n. 2. & ob. 37. n. 10.* Andr. Knichen. *de Iur. territor. c. 4. n. 58.* Ant. Coler. *de Iure Imper. concl. 49.* Vultej. *de feud. c. 5. n. 7.* eoque nomine forum apud Imperatorem & Imperium ſortiuntur, præceptisque Illius parere debent per text. *in c. fi. Epiſcopus ibi: præceptione regia 18. diſtinct.* gloſ. *ibid. in verb. regia & in c. cum jurati de appellat.* gloſ. *ibid. in verbo Legatione & Pa*normitan. *ibid. n. 8. cum ſeq.* text. *in c. nimis de jurejur.* Buxtorff. *ad A. B. c. 5. concl. 69. lit. A. C.* Riegler. *ad aur. prax. Calv. concl. 1. n. 13.* Gail. *1. de P. P. c. 8. num. 8. & c. 1. n. 15.* ubi Guidonem Papam *conſ. 72. n. 5.* pulchrè dicentem refert, quod licet Rex non poſſit Clericum in perſona punire, tamen in patrimonio, quod Regi ſubeſt, punire poſſit, per text. *in l. de his C. de Epiſcop. & Cleric.* text. *in C. ſolitæ verſic. quod autem de majorit. & obedient.* Alii a. Eccleſiaſtici *ſ. Clerici inferioris ordinis, qui non ſunt ſtatus Imperii,* ſed mediatè Imperio ſubjecti, ſi contra Protectoriũ delinquant, non in Iudicio Cæſareo, ſed coram ordinario Iudice Eccleſiaſtico conveniendi, eoque remittendi ſunt, argumento eorum, quæ Gailius in cauſa fractæ pacis habet *de P. P. l. 1. c. 11. n. 8. & c. 1. n. 16.* Jul. Clar. *in Pract. crim. §. fin. qv. 36. per tot.* etiamſi ad pœnam à Cæſare privilegio inſertam quis agere vellet; Putarunt ſanè quidam Aſſeſſores Cameræ, referente Jul. Magenhorſt. *ad O. C. p. 2. tit. 9. p. m. 154.* Regulam de exemptione Eccleſiaſticorum mediatorum à Iudiciis Imperii, quæ habetur im Land-Frieden *fol. 16. fac. 2.* locum non habere in pœnis privilegii Imperatoris, veluti, ſi quis conquerebatur Eccleſiaſticum ſe contra privilegia Cæſaris offendiſſe; Iam enim quidam putarunt, ait Magenhorſt. nos in Iurisdictione fundatos eſſe. Sed Mellinger reluctabatur, & obtinuit. Ideò quarto *Maji* anno *1651.* ejusmodi proceſſus denegati ſunt. Add. Blum. *proc. Cam. tit. 39. §. 2.* In Gallia, utrum Clerici privilegia protectionis violantes, Regis Idictione exempti ſint, contrarias invicem opiniones ex Rebuffo, Nevizano, Chaſſaneo, Boërio *Ma*ſſueris, pro Rege, & in contrarium Petro Jacobo Guidone, Papa *Ma*rta, pro Clericis ſentientibus refert, his poſterioribus adſtipulans Magerus *all. tr. c. 17. n. 188.*

(h) Ita ut ſuper prima inſtantia excipere nequeat. Sola enim violatio hoc caſu fundat Imperatoris, Cameræve forum, Blum. *c. l. §. 2.* Dn. Lyncker. *tr. de gravam extraj. cap. 9. part. 2. §. 49. num. 6.* Quemadmodum & mediatè ſubjectus, ſi dem Religions-Frieden contraveniat, in Camera conveniri poteſt, antequam ſuperior fuerit requiſitus, cum &

illa

illa constitutioni religionis violatæ sit exæquata constitutioni fractæ pacis Gyllman. *vot. Cam. Tom. II. part. 1. vol. 12.* p. 101. Et extenditur quidem hæc assertio in tantum, ut si mediatus alicujus Vasalli Imperialis Subditus protectorium ab Imperatore impetraverit, idque per alios ejusdem Vasalli Subditos, in ipso Vasalli territorio, quod ei cum Iurisdictione omni concessum est in feudum, violetur, nihilominus cognitio hæc ad Imperatorem pertineat. Quam Quæstionem latè, per dubitandi & decidendi rationes diducit Magerus *d. tr. c. 17. n. 129. & seqq.* Disertè quidem huic assertioni contrarius d. D. D. *cit. loc.* verissimè, prout verba ipsius sonant, constituit *pag. 47.* ad fundandam jurisdictionem omninò requiri immedietatem violatoris; Si vero sit mediatus, summis Tribunalibus nullam competere de pœna cognitionem, sed Magistratui ordinario (qui quidem eò minùs ad evocationem taciturus sit, quò magis & illius ratione superioritatis, interesse fisci proprii & circumstantiarum non possit non interesse) nisi agatur, vel de banno violatori comminato in literis privilegii, vel continentia, tum ratione personarum delinquentium, tum causæ ipsius evidenter demonstraretur. Cui tamen sententiæ per omnia assentiri, & Summis S. C. Maj. & Imperii Tribunalibus cognitionem de pœna ab ipso Cæsare violatori privilegii sui dictata, inque fiscum suum inferenda præscindere, vereor, utrum à veris & à bonæ notæ Scriptoribus approbatis Iuris Publici Principiis ex asse conveniat. Nam Imperatoris reservatum est, Protectoria concedere, & quidem sub pœna fisco Imperiali pro parte inferenda. Cujus igitur est pœna, ejusdem etiam erit de pœna cognitio regulariter, confer dicta *ad §. 20. supra.* Nec est proinde, quod Magistratus ordinarius vel mediatus sibi hanc pœnam vindicare possit, quò collineare videtur laudatus A. verbis: *Interesse fisci proprii*; neque Superioritatis ratione illius magis interest, quam si propter bannum vel continentiam causæ subditus illius coram summo Tribunali comparere cogatur, neque propriè evocatio dici potest, si subditus mediatus ad judicem omnium superiorem vocetur. Adde, quod aliâs etiam Principibus Imperii justa sit hæc theorica: Si Princeps noviter quid sub certa pœna prohibeat, sæpius non ad eum, cui jurisdictio aliâs per investituram competit, sed ad ipsum Principem cognitionem & pœnam pertinere. Vid. eleg. Surd. *Cons. 152.* & præjudicium allegantem Dn. Struv. *ad Ant. Matth. de Iudic. c. 2. th. 51.*

§. 21.

(b) Objectum s. *id quod hac actione persequimur, primariò est* pœna (a) *in protectorio violatori prædictata & determina-*

ta, (b) *pro parte dimidia Fisco Imperiali, pro altera vero parti læsæ debita* (c) *accessoriè etiam* expensæ.

(a) Pecuniaria, quæ alio nomine dicitur emenda, item Fredum Frevel/Buße; generaliter enim accepta hæc vocabula notant mulctam tàm parti quàm Fisco solvendam; specialiter a. tantùm eam, quæ Fisco debetur, Besold. *Thes. Pr. voc.* Buß. *conf. eund. voc.* Frevel.

(b) Solet verò pro casûs & personarum circumstantiis pœna determinari ad 15. 20. 30. 40. 50. 100. marcas auri puri; So viel Marck lóthiges Goldes. & constat una Marca nonaginta sex Imperialibus. 96. Cr. Blum *proc. Cam. tit. 30. §. 26.*

(c) Est hoc clementiæ Imperatoris adscribendum, qui tametsi de jure pœnam in vindictam propriæ injuriæ sibi soli vindicare possit, partem offensam in solatium læsionis etiam in partem pœnæ admittere non dedignatur Magerus *d. tract. c. 17. n. 125. & seq. usque ad 129.*

§. 22.

(7.) Requisita *actionis hujus, quæ formæ internæ loco consideramus, sunt 4.* (a) *I. Privilegium protectionis concessum* (b) *II. Parti legitimè insinuatum* (c) *III. Contra tenorem privilegii à Reo attentatum* (d.) *& IV. Id ex proposito vel dolo malo factum esse* (e) *eaquè conjunctim* (f) *non modò in libello alleganda*, (g) *sed etiam in progressu causæ probanda sunt.* (h)

(a) In terminis Rutg. Ruland. diligentissimus Actionum earumque naturæ & requisitorum investigator *tr. de Commiss. part. 3. lib. 3. c. 6. num. 4.* ex quo Magerus etiam ea desumsit, & latius *c. tr. c. 17. à num 202. ad 222.* exposuit. In eo quidem hic est diversus, quod tertium & quartum requisitum in unum contrahat *n. 215.* & loco tertii aliud interferat, nimirum continuam privilegii possessionem, allegatis in id post Jasonem Mynſ. *Conſ. 19.* Surdo. *decis. 309. n. 3. l. 3.* Attamen & Ipse *num. 220.* ad præmemorata in thesi, & Gylmannus *tom. 1. supplic. Cam. part. 2. tit. 11. pag. 211.* æquè ac Blumius *in proc. Cam. tit. 39.* illud sicco pede prætereunt.

(b) Est enim hoc fundamentum actionis à parte actoris *v. supra §. 16.* adeoque omninò & ante omnia allegare & probare convenit; per cap. *cum persona de privileg. in 6.*

(c) Con-

(c) Confer, quæ *ſupra c. 6. §. 10.* dicta ſunt.

(d) Quia hoc eſt fundamentum actionis à parte Rei, *v. ſupra §. 16.*

(e) Dicti Aa. *6. ll.* quia regulariter in delictis dolus requiritur, & ubi dolus non eſt pœna delicti, locum non habet, text. *in l. 1. C. de Sicar. l. qui injur. tit. de furt. l. quod Reipublicæ de injur.* add. Autorem *præjudic. Cam. verſ. Privilegium tit. de perſ. privilegiatis verſ. Quomodo procedatur in cauſis commiſſæ pœnæ privilegiorum hominib. privatis conceſſorum.* Confer Mager. *l. tr. cap. 17. num. 392. ſeqq.*

(f) Ita ut unum ex his quatuor non ſufficiat. Mag. *c. l. n. 221.*

(g) Niſi enim hæc ſingula in ſupplicatione pro proceſſibus ritè allegentur, proceſſus denegantur, uti exemplum ejus rei in cauſa privilegii ſimilis refert Gillmann. *d. tom. 1. part. 2. tit. 11. p. 211.*

(h) Itemque niſi hæc ſingula probata fuerint, actor cauſâ cadet *d d. Aa.* quin & in expenſas condemnari metuet, Mager. *c. l. n. 218. circa fin.*

§. 25.

(8.) Modus procedendi, *qui* formam externam *abſolvit, eſt ordinarius,* (a) *& conſiſtit in certis actibus* (b) *ab Actore Reo, & Judice prodeuntibus, ut ſunt Libelli oblatio,* (c) *Legitimatio,* (d) *Citatio,* (e) *Exceptionum oppoſitio,* (f) *Actionis probatio,* (g) *Probationis ſalvatio & reſpectivè eliſio,* (h) *tandemque Concluſio,* (i) *qui ſi rite & ſecundum ſtylũ Iudicii* (k) *fuerint peracti, bene ſe habebit actionis forma externa, & poterit Iudex in meritis, prout internam formam i. e. requiſita probata vel non probata invenerit, ſententiam tutò ferre.*

(a) Neque enim in cenſu ſummariarum hæc uſpiam collocata refertur, & cum dolus aliaque in ea probanda veniant, certè id ſummatim & absque pleniſſima cauſæ cognitione fieri nequit.

(b) Siquidem eſt hæc actio, in actu exercito, prout in judicio intentatur, conſiderata, ens aliquod aggregatum, quod neque uno ſimplici actu, neque per ſolum actorem ad ſcopum finemque ſuum perduci poteſt; ſed requiritur, ut Reus etiam audiatur excipiendo, dein viciſſim actor replicando, & ſic deinceps; ubi neceſſe eſt intercedere Iudicem, qui audiendo, de-

cernendo, citando, copias faciendo &c. processum dirigit, & actioni tandem per sententiam finem imponit. Patet hinc, quod plures actus ad actionis hujus intentatæ complementum requirantur, qui singuli debito modo & forma debent expediri. Cum verò plerique in generalibus præceptis & regulis processus summorum Tribunalium persistant, notitia eorum, & qua ratione expediri debeant, è Processus Cameralis Scriptorib⁹ hauriri potest, nec opus erit, ut singula in specie huc repetantur, cum & alias applicatio generalium ad specialia jurisprudenti facilis esse debeat. Suntque illi actus, qui in thesi re censentur, potissimi. Sin autem actionem strictius & à parte actoris tantum consideres & judicis Reique partes ab ea separare malis, forma tantum erit ad eos actus restringenda, qui actori incumbant, ut sunt Libellus supplex, ad propositas Exceptiones Repicæ, ad Duplipcas Triplicæ, Requisitorum probatio, probationis Salvatio, & tandem, quæ cum Reo communis est Conclusio; atque sic actus à parte Rei in hoc judicio prodeuntes &c. Exceptio, probationis impugnatio vel elisio, ad Contraria Actionis pertinebunt.

(c) Libellus, cum etiam in officio Iudicis seu ejus imploratione necessarius sit. Matth. Stephan. *de offic. jud. l. 2. c. 2. n. 34.* (quatenus tamen illud in forma Iudicii vel loco actionis cum causæ cognitione imploratur. Nicol. *process. c. 9. §. 3.* ut concilietur Pruckmann. *consf. 20. n. 81.* post Menochium respondens officio Judicis implorato, nec libello nec cœteris solennitatibus opus esse, add. Bartol. *in l. 9. §. ubi decretum tit. de offic. proconsf. n. 3. in l. 1. de Iurisd. n. 14. l. 1. de edend. n. 5.*) multo magis in hac actione, sicut in omni alia meritò exhibendus per *Auth. offeratur & ibi Dd. C. de Lit. contest.* c. 1. ubi gl. & Dd. *X. de libell. oblat.* Vant. *de nullitat. rubr. ex defectu Processus n.* 8. & per eum processus (i. e. literæ Cæsaris s. citatio) extrahendi sunt. v. Dn. Textor *ad R. I. de an. 1654. Disp. 4. th. 7. 8.* Contineat a. ille (1.) claram & aptam eamque hodie non amplius articulatam sed summariam sive simplicem sive punctatam facti l. negotii narrationem, R. *I. de an.* 1654. §. Diesem nechst (2.) medium concludendi appositum, quò pertinent, quæ supra de actionis requisitis dicta sunt, (3.) concinnam conclusionem & petitum, tum citationis tum condemnationis rei, id quod in uno libello fieri potest; si tamen separatim aliquis pro citatione, & separatim pro condemnatione rei velit supplicare, id ei integrum est. Dn. Textor. *d. l. th. 10.* Conf. Gail. I. O. *61. & seq.* Formulam Libelli seu supplicationis pro Citatione auff verwürckte Poen Käyserl. Schutz- und Schirm-

No. XXV. Brieffs in Causa B. M. und R. der Stadt B. contra gemeine Eingesessene deß Castels W. in W. J. L. è Gyllmanno *Symph. Supplicat. Cam. Imp. tom. 2. pag. 3. tit. 10. supplic. 5. pag. 214.* excerptam exhibemus, in Adj. N. XXV.

(d) i. e.

(d) i. e. Personarum in judicio comparentium, ad agendum vel excipiendum sufficiens habilitatio, ita eam definiente Fibigio *intr. de proc.* sive sint Ipsi litigantes, qui legitimam personam standi in judicio habere debent, sive eorum Procuratores, qui sufficienti Mandato instructi sint, oportet. Hoc enim deficiente processus efficitur nullus. Tit. de Benign. *in method. ref. caus. in jud. n. 1.* Hujus mandati in Cam. Imp. quin & in Iudicio Aul. hodie usitati formulam sistat Adjunctum N. XXVI. *No. XXVI.*

(e) Quæ inter substantialia Processus, qua sine Iudicium quoque redditur nullum, refertur. Vant. *de null. ex def. cit. n. 1.* & in quovis actu judiciario *l. 47. tit. de re judic. c. Romana §. quod si de appell. in 6.* requiritur. Conf. Marantam *de ordin jud. p. 6. de Cit. n. 3. & seq.* quibus casibus citatio non exigatur, ad quem, per quem, quo pacto, quando & ubi fieri debeat, exactissimè excutientem, Sique legitimè facta Citatio fuerit, id quod cum facti sit, probandum est, obligat adeò, ut adversus non comparentem in contumaciam procedi possit. Conf. Gail. *1. O. 59. & 60.* Formulam citationis in hac nostra actione junctam cum citat. super constitutione fractæ pacis &c. promat Adjunctum N. XXVII. & aliam puram vid. in Adj. N. XXIIX. *No. XXVII.*

(f) Hæc juxta §. Es solle auch R. I. *de An. 1654.* in primo termino quoad omnes exceptiones tam peremtorias, quam dilatorias, simul & semel fieri debet. Id quod limitatum & explicatum vid. ap. Dn. Textorem *ad d. R. I. Disp. 4. th. 35. & seqq.*

(g) Vide itidem Dn. Textor. *c. loc. à th. 53. ad 67. incl.*

(h) Quæ fit tum ab Actore tum Reo post publicatum rotulum, v. d. A. *c. l. th. 68. 69. 70.*

(i) Ea est Actus Iudicialis, quo causæ decisio cum renunciatione ulterioris deductionis judicii supponitur s. submittitur, Eine Außstellung der Sache zu Richterlicher Erkäntnüs. Dn. Text. *c. l. ubi à th. 72. ad usque 85. plura.*

(k) Respicienda etenim quàm maximè est Imperatoris Alexandri ad Severum decisio *in l. Prolatam 4. C. de sent. & interloc. omn. jud.* Sententiam à Præside contra solitum judiciorum ordinem prolatam, rei judicatæ authoritatem non obtinere pronunciantis. Quis itaque in supremis Germaniæ, & præsertim Cameræ Iudiciis ordo solitus sit, Sanctiones pragmaticæ & novissimè quidem R. I. *de anno 1654.* satis superque docent, qui Recessus cum quoad processualia præsertim, à prælaudato Authore dissertationibus citatis eleganter expositus sit, & de cætero Cameralis Iuris Scriptores satis hac de re consuli queant, plura hic addere supervacaneum esto. Ne tamen B. L. notitiæ praxeos Cameralis quoad hunc processum in specie avidum, dimittamus suspensum; En, inter Adjuncta sub N. XXVIII. integrum Protocollum actitati in Camera Processus Cit. ad vid. se incidisse in pœnam Protectorio Cæs. insertam, una cum potissimis eò pertinentibus scri- *No. XXVIII.*

ptis

ptis; quæ, ſicut in Excelſo Iudicio revera exhibita ſunt, ita in copia communicare libuit, pro re natâ in ejusmodi aliis caſibus aliter atque aliter fundamentis tum juris, tum facti, magis magisque deducenda & exornanda.

§. 24.

(9.) Finis (a) proximus *eſt, ut* condemnetur *Reus in pœnam protectorio inſertam;* Remotior; *ut eam ſolvat, atque ſic tum S. Cæſ. Majeſtati, tum parti læſæ, & per conſequens ipſi juſtitiæ ſatisfaciat.*

(a) Cujus gratia nimirum Actio hæc intentatur, & ad quem dirigenda eſt in libello petitio.

§. 25.

(10.) Definitio *è dictis hæc eruitur: Actio violati protectorii eſt actio civilis,* (a) *quâ is qui protectorio Cæſareo gaudet, & contra illud læſus eſt, adverſus doloſum illius Violatorem in Judicio Imperii ſupremo pœnam protectorio inſertam ritè perſequitur.*

(a) Quat. Criminali opponitur.

§. 26.

(*11.*) Effectus *ritè intentatæ* (a) *hujus actionis* primus *eſt ſententia* (b) *vel res judicata, qua Judex Reum vel abſolvit,* (c) *vel condemnat,* (d) Ortus, *Executio, ſeu, quæ ad eam tendit Actio l. exceptio judicati.* (e)

(a) Diximus *intentatæ*; & quidem per omnes terminos, absque tamen reſpectu ad probationes, utrum hæc relevent, an non, nam ſi & probata eſſet in requiſitis ſuis actio, neceſſariò & ſecundùm Juſtitiæ tramitem condemnatoria ſententia expectanda, & pro eventu probationum, nunc abſolutoria nunc condemnatoria ſequi poteſt. Et poteramus etiam ſententiam abſolutoriam inter contraria actionis ſtrictè conſideratæ (*v. ſupra ad* §. *23*) referre.

referre. Addidimus autem *ritè*, nam si minus ritè neque sec. stylum judicii intentata fuerit, ne quidem processus seu Citationes impetrabuntur.

(b) Sententia vel interlocutoria est vel definitiva. In hanc digitum intendimus in thesi. Solet tamen judex in hoc processu etiam, ut in aliis, interloqui; Cujus exemplum, ne quicquam quantum fieri potest impervestigatum in hoc nostro themate relinquamus; sequens esto: In Sachen Burg. und R. der Stadt. Der Käyserl. wider Heinrich S. Bekl. citationis ad vid. se incidisse in pœnam Protectorii Cæsarei, Ist der Stadt vorgewendeter Exception ungehindert/was sich uf repetirte narrata citationis in specie zu handeln gebühret/ Zeit 2. D. pro termino & prorogatione von Amptswegen angesetzt/ mit dem Anhang / wo er solchem also nicht nachkommen wird / daß alsdann der Krieg Rechtens vor befestiget an/ und ihme der Weg defensionales vorzubringen hiermit benommen seyn solle. Publ. im Käyserl. Cammer-Ger. d. 20. Sept. 1653.

(c) Si scilicet Requisita actionum non probata vel per Exceptiones elisa sint. Formulam Sententiæ absolutoriæ è Blumio exhibet *Adj.* N. XXIX. quæ ipsa sententia ad actionem sub N. XXIIX. intentatam lata, & anno 1660. d. 6. Julii publicata est. *No. XXIX.*

(d) Requisitis sc. sufficienter probatis, neque à Reo per Exceptiones ejus elisis.

(e) Actione judicati, seu quod frequentius fit & cum ea coincidit, Mindan. 2. *de process. n* 58. Iudicis officio implorato, olim petebantur Executoriales, quando tempus solvendi elapsum, nec judicatum solutum; Hodie juxta R. I. Noviss. §. 152. in sententia definitiva parti victrici loco executorialium pro partium distantia congruus terminus ad parendum & docendum de paritione, subordinata executorialibus inserta pœna, aut pro arbitrio Judicis sub realis executionis comminatione statuitur, v. Roding. *tit. Camer. pag.* 220. & Blum. *pag.* 587. Quod si intra hunc terminum non pareat reus, nec excipiat, vel irrelevantes exceptiones proponat, olim arctiores, hodiè Mandatum executoriale ad Magistratum Rei, si est mediatus, sin immediatus, vel etiam Magistratus mediati interesse simul subsit, ad Directores Circuli, in quo bona sita sunt, vel etiam vicinorum Circulorum decernitur. R. I. Nov. §. 160. Cujus mandati formulam in Camera usitatam vid. in Adj. N. XXX. Observare hic obiter liceat in Aulico Imp. Iudicio Executoriales per modum civilis requisitionis, ad status Imperii emanare, quod secus fit in Camera Spirensi, ubi mandatis pœnalibus ea injungitur & præcipitur. Id quod à Serenissimo Magni cujusdam Ducatus Administratore aliquando monitum est dicendo, gravamen aliquod *No. XXX.*

 videri

videri ſubeſſe, daß/wo Stylus Aulæ in ſolchen Fällen auff eine requiſition und gutwillige Ubernahm ſolcher Käyſerl. Commiſſion es ſtellet / und nicht anders begehret/ als daß man zu Käyſerl. Majeſt. Ehren ſich damit beladen laſſen wolle / bey dem Cammer-Gericht aber per modum præcepti pœnalis bey Straff ſo viel Marck lötigen Goldes an Chur- und Fürſten/ abſonderlich/ welche das Creyß-Außſchreiben-Ambt/ oder das Creyß-Obriſten Ambt ob ſich haben/ ausgefertiget werde. Cæterum exceptio judicati, & abſolutoria competens executorialibus opus non habet. Ea enim ſecum liberationem & executionem trahit, absque novo aliquo facto judicis, & ſeipſam exequitur. Sicuti ex Hartm. Hartm. Zaſio, Gallio monet, & eruditos judices, ne indiſtinctè executoriales petenti decernant, obſervare jubet Matth. Steph. *de offic. Iud. l. 6. c. 8. n. 18. p. m. 759.*

§. 27.

(12.) Adjuncta *ſ. attributa actionis hujus ſunt ſequentia. 1. Qualitas* civilis (a) *2. pœnalis* (b) *3. Duratio* (c) *4. Tranſitio ad hæredes* (d) *5. Concurſus & Cumulatio* (e) *Remedii Lubricitas.* (f)

(a) Tum, quâ opponitur actioni *Prætoriæ l. 25. §. ult. tit. de O. & A.* Etenim ex Lege ſpeciali s. Privilegio Ipſius Summi Principis hæc noſtra deſcendit; tum, quâ opponitur *Criminali* ſeu Accuſationi *l. un. C. qu. civ. act. crim.* Nam etſi ex delicto deſcendat hæc actio, ut ſupra dictum, & nil niſi pœnam perſequatur, tamen ad privatum incommodum & intereſſe tendit, adeoq; eo ſenſu civilis non criminalis eſt. v. C. I. A. *ad e. tit. de O. & A. th. 16.* unde & Cameræ Iurisdictio, quam aliâs Criminalia regulariter fugiunt, circa eam fundata eſt.

(b) Et quidem *merè*, cum regulariter nil niſi pœnam perſequatur, Magerus *de Advoc. arm. cap. 17. n. 328.* ubi addit exceptionem, niſi quid ex bonis læſi privilegiati ad lædentem perveniſſet, eaque occaſione quærit: *A*nnon una cum hoc proceſſu ſaltem in conſequentiam cauſa Principalis in Conſiſtorio Imperii tractari poſſit, ita ut quamvis Reus abſolvatur à pœna, tamen ſuper cauſa principali ſententia ferenda ſit? Quæ quæſtio ad Adjunctum Cumulationis ſpectare videtur, & à Magero deciditur negativè ex quotidiana Cameralis praxeos experientia? addita tamen declaratione, quod ſi alia concurrat qualitas, ob quam Cameræ Jurisdictio fundata ſit, vel ratione continentiæ cauſæ, vel ratione perſonarum, quæ in prima Inſtantia in Camera conveniri poſſunt, tunc & in hoc proceſſu cauſa principalis in conſequentiam tractari poſſit, quam in rem allegato Zangero *de except. pag. 2. cap. 1. num. 141.* adducit præjudicium, ubi

rei

rei quidem absoluti sunt à pœna privilegio inserta, sed nihilominus in causa principali condemnati. Habet illud præjudicium Sailerus inter sententias Camerales sub publicato d. 6. Octobr. Anno 1563. hâc formulâ. In Sachen der Stadt T. Klägern eins/ wieder Weyland I. T. itzt desselben Erben/ Beklagte anders Theils/ citationis ad videndum, seynd die Conclusiones am 20. Jun. anno &c. fürbracht/ nicht/ sondern die Sache vor beschlossen angenommen/ darauff und allem Fürbringen nach zu recht erkennt / daß gedachte Beklagte in die angeforderte Poen der Käyserl. und Königl. privilegien nicht gefallen/ sondern davon zu absolviren und zu erledigen seyen/ alß wir sie davon absolviren/ erledigen/ und aber nichts destoweniger Sie Beklagte ihre Zinß-Leut und Zugehörige in der L. Land-Wehr seßhafft und begütert/ nach Gelegenheit und Nothdurfft angeregter Land-Wehr/ die im 8. 9. und 10. positional Artickel specificirte Gerechtigkeiten/ Dienst und Arbeiten/ auff Gebot und Befehl der Kläger/ vermöge angezogener Käyserl. und Königl. Privilegien thun und leisten zu lassen / dieselbe auch davon hinführo nicht abzuhalten schuldig seyn / als wir Sie dazu hiemit condemniren und verdammen. Ubi è rubrica actionis, quæ est citationis ad videndum, scilicet condemnari in pœnam Privilegii Cæsarei, cernere licet, principaliter pœnalem hanc actionem institutam fuisse, & tamen in consequentiam circa ipsam controversiam principalem, quæ erat de præstandis ab Emphyteutis Reorum, quibusdam oneribus & servitiis in die Land-Wehr/ Civitatis Actricis T. adversus Reos simul decretum esse. Plane, vice versâ, ubi principalis quæstio primariò in litem deducta, & accessoriè simul ad pœnam privilegii actum est, non facile simul ad utrumque decretum reperire liceat, quin allegatus modò Sailerus sub anno 1523. 4. Martii prædicium habet, ubi in principali quæstione Reus in contumaciam condemnatus fuit, quoad petitam pœnam privilegii verò, Actor hoc decreti, in separata sententia, tulit: Eadem, Ferner zwischen jetztgemeldtem Abt gegen obgedachten B. O. belangend die Verwirckung der Pœn deß Rechten / auch obbestimtes Gotteshauß Freyheiten/ ist der Bescheid/ Wil. S. T. auff derhalb ausgegangene Ladung förmlich Klagen und Bitten/ daß soll gehöret werden/ und darauff ergehen / was recht ist.

(c) *Durat* hæc actio à tempore commissæ Violationis, si facto, aut *realiter* læsus sit Privilegiatus, *triginta annis*; Tanto enim tempore durat actio injuriarum realis ex L. Cornelia civili. Id quod de Camerali Iure certum & præjudiciis firmatum refert Mysing. *c. 10. 84. & c. 5. o. 7. n. 8.* de Iure communi autem in dubium vocant & disputant JCti Heidelbergenses inter Consilia Altorfiana *R. 43.* & 44. eamque non secus Prætoriam an-

nalem esse asserunt, cui & Ingelstadienses & ipsi Altorfini subscripserunt. Sin *verbis* tùm injuriosis læsus fuerit. *Annalis* est, per Litis contestationem tamen *perpetuatur*, *l. 9. §. si is qui tit. de jurejur.* Conf. Mag. *de* Adv. arm. c. 17. num. 337.

(d) Sive transmissio in hæredes; tam *activa*, respectu sc. personæ læsæ cui competit, quam *paßiva* respectu lædentis adversus quam competit. *Activè* transit ad hæredes etiam ante institutam querelam per text. *in §. non omnes I. de perpet. & temp. act.* Actiones enim pœnales sive legitimæ sive honorariæ fuerint, exceptis popularibus actionibus in bonis computari dicuntur in *l. 32. pr. tit. ad L. Falcid.* adeoque sicuti ea quæ in bonis defuncti non computantur hæredibus adjudicari non debent, *l. 28. & l. 23. tit. de injur. & fam. lib.* ita & ea hæredibus denegari & interverti nequeunt, quæ bonis annumerantur, quemadmodum hanc rationem Bachiovianæ *tr. de Act. D. 5. θ. 5. p. 170.* cur merè pœnales hæredib⁹ dentur, non ineleganter adjicit Marc. Joh. Simonius *tr. de act. Concurs. cumul. & transmiss. c. 3. θ. 31. p. 206.* *Paßivè* itidem in hæredes transit, etiamsi merè pœnalis sit quæ aliàs regulariter contra hæredes non dantur *l. 1. pr. tit. de priv. del.* Hæc enim pœna certa & pecuniaria ipso jure per privilegium Cæsareum fuit imposita, quo casu regula illa exceptionem patitur per text. in *l. 22. tit. ad Sc. Syllanian.* Quemadmodum etiam obtinet in causis fractæ pacis quoad pœnæ pecuniariæ & interesse persecutionem, Mynsing. *c. 4. o. 35. n. 2.* Gail. *d. 1. de P. P. o. 20. n. 20. & seqq.* Jac. Blum *Proc. Cam. t. 29. n. 71. 72. suppl. Cam. tit. 3. p. 27.* secus quoad banni pœnam, quæ morte rei tollitur, Conf. d. Simonium. *c. 3. §. 53.* & latius hunc articulum per Ampliationes & Objectionum resolutiones, Magerum *de Adv. arm. c. 17. à n. 209. usq; ad n. 330.*

(e) Quæ duo inter se differunt, ut actus primus & secundus. Dn. Schilter. *ex ad tit. 20. θ. 22.* Et *Concursus* quidem est plurium actionum uni adversus eundem ex una vel pluribus causis circa eandem rem vel occasione ejusdem competentia. Georg. Obrecht. *de Concurs. act. part. 1. th. 6.* *Tabor Racem. crim. in Indic. LL. de furtis ad L. 88. p. m. 289.* *Cumulatio* plurium actionum competentium in eodem libello combinatio. D. Schilter. *c. l.* Concurrit cum hac nostra (1.) Actio *injuriarum l. 1. l. qui injuria l. ult. & passim tit. tit. de injuriis.* Atque hæc ubi fuerit intentata, illam non tollit, & v. v. Sed utraque potest intentari per text. *in l. in tutela tit. de tutel. & rat. distr.* eò quod diversas habeant obligandi causas, np. concessionem privilegii, quæ quoad certæ pœnæ solutionem, si contra id peccatum sit, violantem adstringit, & legem civilem, quæ neminem injuriâ afficere jubet. Mager. *d. tr. cap. 17. num. 349.* (2.) *Remedium L. Diffamari. d. A. c. l. num. 354.*

(3.) Actio

(3.) Actio *ex L. Aquilia*, si quis violatus damnum passus fuerit. (4.) Actio *in factum* ex edicto, si quis jus dicenti &c. *per l. unic. ubi gl.* & Bartol. §. *1. num. 9. tit. eod.* Gylm. *1. Symphor. p. 2. t.* II. *vol. 7. num. 2.* (5.) Imploratio *officii Iudicis* nobilis. Durand. d. Speculat. *tit. de except. & Repl. §. dicto num. 19.* Conf. omnino Dn. Lyncker *de gravam. extrajud. c. 9. part. 2. §. 2. pag. 778.* (6.) Interdictum, *unde vi, uti possidetis,* querela *super constitutione fractæ pacis,* &c. prout nimirum factum violationis cum suis circumstantiis qualificatum erit. *Cumulationem* quod concernit, prædictus D. Schilter. *ex: theoretico-pract. ad tit. 20. th. 24.* veram prædicat Regulam, quod Cumulatio perpetuò licita sit, nisi ineptitudo ab adversario probetur. Eamque ineptitudinem cum Ferrario & Carpzovio ad tres exceptiones commodissimè referri ait, sc. Nisi aut *electione,* si idem diversis petatur viis, *tollat* una actio alteram; aut si sibi invicem *contrarientur*: aut denique, si *præjudicium* h. e. exceptionem rei judicatæ, altera alteri adferat. Optima tamen est cumulatio earum causarum, quæ sunt inter se cohærentes & connexæ, ita ut commodissime eodem tractari judicio possint, & videndum omnino est, ne cumulatio nimis longe sit petita, & actiones inter se nimium in consequentes, disjunctæ & distantes sint, & ita negotium & processus turbetur, confundatur, involvatur. Frid. Mind. *de contin. caus. c. 10. m. 10. n. 16. c.* II. *m. 4. n. 6. & 7. m. 6. n. 17.* Hinc, inquit laudatus Autor ibi, cum Debitor in quadam civitate creditorem Severius compellantem ad mortem vulneraret, debitum negando rectè eodem libello & debitum & homicidium cumulabatur, & super utroque ferebatur sententia condemnatoria. Hinc Glossa *in c. Raynutius in verb. venient, de Testam.* rectè ait, quod possit cumulari actio competens ad rem & ad pœnam; & probat Felinus *in c. pen. sub. num. 24. de libell. oblat.* Et ita actio injuriarum & L. Aquiliæ in Camera sæpe cumulata. Ita spoliatus contra spoliatorem, & criminaliter ad pœnam banni, si pax publica fracta sit, & civiliter ad restitutionem damnorum vel rerum ablatarum agere potest. Hæc Friderus, quem præterquam quod seipsum commendet, ut Juniores practicæ Cultores maximè sibi commendatum habeant, in hac cumulationis materia suadet, monet atque hortatur supra laudatus M. F. Simonius *tr. de concurs. & cumul. action. c. 2. §. 67.* qui & ipse in hoc juris articulo sub Dn. Brunnemanno haut contemnendam navavit operam. Ita cum 1643. Comitissa de Sayn & Witgenstein à Comitibus Witgensteinensibus è Comitatu suo vi armata & manu militari ejiceretur, actionem hanc violati Protectorii, cum querela super constitutione fractæ pacis in uno eodemque libello aptissimè cumulavit, simulque Mandata de non offen-

dendo & de caſſando homagio & de reſtituendo petiit, & proceſſus impetravit, quos exhibet Adjunctum No. XXVII. Unum adhuc quærere heîc lubet: Utrum ſc. Actori, ubi Reum inopia preſſum pœnæ pecuniariæ protectorio inſertæ ſolvendæ imparem deprehenderit, petere liceat, ut pœnâ corporis afflictivâ afficiatur? Quod Affirmandum per *l. 35. tit. de Injur. l. 7. §. 3. tit. de jurisd. l. 1. §. fin. tit de pœn. cum ſimilib.* Neque metuendum eſt, mutari hic naturam actionis, ſeu fieri aliquid extra eam, ſicut loquitur Magerus *de Adv. arm. c. 17. num. 390.* Sed cumulatur hic petitio vel actio criminalis cum civili alternativè, quo cum eleganter concordant, quæ modò laud. D. Schilter de finibus regundorum actionibus habet, dum *ex. 20. th. 40.* criminalem cum civili rectè cumulari poſſe ſtatuit, & libelli formulam concipit, ſequentem in modum: P. P. **Bittet zuerkennen/ daß Beklagter Klägern das von ſeinem Grund und Boden bößlich zu ſich gezogene Stück/ nebſt Erſtattung aller Schaden und Unkoſten/ zu** reſtituiren/ **die verrückten Mahlſteine an vorigen Orth ſetzen zu laſſen/ auch vor jeden derſelben** 50. **fl. halb dem gemeinen** Fiſco, **und halb dem Kläger zu gelten ſchuldig; Oder/ da er ſo viel nicht in Vermögen/ mit Landes-Verweiſung oder anderer ernſten Straffe/ den Rechten nach zubelegen.** Conf. Magerum. *c. l.* Oldendorp. *cl. 1. act. 4. in pract. n. 4. §. Sin autem certo &c.*

(f) Cum enim, ut ex ſupra dictis videre eſt, inter requiſita hujus actionis probanda, veniat dolus; is autem non tantum probationis ſit difficilis, Vultej. *1. Conſil. 15. num. 69.* Marcellus Cala *de articul. & prob. modo. p. m. 294. num. 264.* Sed & multis ac variis modis excuſari queat Tab. *Barb. loc. c. 44. ax. 14.* adeo ut in regulam fermè tranſierit, quamlibet cauſam etiam fatuam & beſtialem excuſare à dolo *l. 12. tit. de liberal. cauſ.* Schurff. *conſ. 95. n. 1. & 2. vol. 1.* haut facilè Actor, niſi evidentioribus probandi adminiculis inſtructus ſit, victoriam in hoc actionis genere ſibi polliceatur, quandoquidem inter tot ſententiarum Cameralium, quæ ſive per Sailerum ſive Blumium in lucem editæ habentur, Chiliades nulla hactenus reperitur in proceſſu hoc condemnatoria, benè autem abſolutoria, & quidem unica, quam è Blumio *ſupra ad §. 11.* allegavimus. Confer, quæ notabiliter hanc in rem conſuluit Klockius *tom. 1. Conſil. 37. n. 398.*

§. 28.

Affinia *ſunt tum remedia illa, quæ modo cum ea concurrere diximus,* (a) *tum alia, quæ ex ipſius Protectorii affinibus reſultant Securitatis præſidia.* (b)

(a) Sci-

(a) Scilicet Actio injuriarum, L. Diffamari, L. Aquiliæ in factum, officium judicis, Interdicta possessoria &c.

(b) v. infra c. ult.

§. 29.

Contraria; *Exceptiones, quibus ea eliditur. Harum tredecim* (a) *recenset Magerus,* (b) *easque eodem numero & ordine repetit post eum Burger.* (c) *ut puta: 1. Doli absentis.* (d) *2. Ignorantiæ.* (e) *3. Provocationis* (f) *4. Ebrietatis,* (g) *5. Sub- & obreptionis* (h) *6. Protectorii conditionati vel limitati,* (i) *7. Privilegii finiti,* (k) *8. furoris,* (l) *9. minoris ætatis* (m) *10. remissionis sive tractationis* (n) *11. coactionis* (o) *12. imperitiæ s. rusticitatis* (p) *& 13. præscriptionis.* (q) *Tum & contrariis accensemus litis-renunciationem* (r) *& desertionem.* (s)

(a) Poterant quidem in minorem numerum contrahi, nam pleræque in absentiam doli primarium hujus actionis requisitum recidunt. Attamen cum ita à dd. Aa. recenseantur, easdem sic repetere satius fuit; Neque existimandum, has solùm, non plures alias exceptiones adversus hanc actionem dari, sed variæ adhuc pro re natâ & circumstantiarum diversitate possunt enasci, quarum, siquidem è facto jus oritur, effictio & applicatio prudenti Advocato in casu contingenti, collatis ubique hujus actionis naturâ & requisitis, meritò relinquitur.

(b) *d. tr. c. 17. num. 392. seqq.*

(c) *Observ. Iur. pol. mil. cent. 1. O. 79.*

(d) Quâ scil. Reus dicit dolo non esse factum, quòd contra Protectorium factum allegatur, sed vel Juris tuendi, vel alia moventi causa & intentione, perinde ut is, qui injuriarum actione pulsatur, ut plurimum excipit animum injuriandi abfuisse.

(e) Quâ dicit, Reus se ignorasse, læsum Cæsareum Protectorium habuisse, hinc ad fundandam hanc actionem requiri Insinuationem privilegii, suprà dictum est.

(f) Si sc. Reus ab Actore ad læsionem verbis vel factis provocatus, atque adeo

adeo justo dolore & iracundia motus contra protectorium egerit. Ignoscendum enim est illi, qui provocatus se ulcisci voluit, *l. qui cum major §. libertus tit. de bon. libert.* Lucas de Penna *in l. erat qu. 5. C. de Castrens. pecul. l. 2.* & impune potest offendi, qui causam offensionis præbuit, Bartol. *in l. aut facta §. causa tit. de pœn.* indeque provocatus delinquendo non dicitur in dolo esse, sed in culpa & extra ordinem punitur, Novell. *tr. de defens. in princ. num. 29.* Cœpoll. *cons. 41. num. 9.* Multo minus actio ad videndum se incidisse &c. vim suam exserere poterit, ubi subditus vel vasallus Protectorio ejusmodi fretus tam contumax, insolens & refractarius est, ut Dominum ad offensionem, incarcerationem, arrestationem &c. lacessat. Competet enim Illi Exceptio, si non provocationis (huic enim inter pares locum dabimus) tamen meritæ & justæ offensionis; eoque pertinet casus, de quo Matth. Wesenbecius *part. 3. consil. 126.* consultus *num. 70.* in terminis respondit: **Und mag denen von R. ihr Schutz-Brieff dawieder** (scil. adversus pœnam à Domino dictitatam) **nicht helffen / denn ausdrücklich darinn versehen / daß sie gleichwohl Jedermänniglichen Rechtens zu seyn pflichtig**; *nec quæ concessa sunt ad defensionem possunt valere ad offensionem, atque ita contrarium effectum operari. Neque per ejusmodi literas tutelares excusantur recipientes à delictis & eorum pœnis.* Boss. *in titul. de remediis ex sola clementia per discursum.*

(g) Si is, qui in protectione positum offendit, ita inebriatus fuerit, ut, quicquid agat, ignoret, adeoque à mente in totum alienatus, Damhoud. *pr. crim. c. 84. num. 19.* Gail. *l. 2. o. 110. num. 29.* Ebrietas enim talis tollit respectu criminis patrati dolum, quamvis non culpam respectû vitii temulentiæ. Octav. Vulpell. *cons. 23. num. 4.* Plane huic exceptioni replicando opponi potest. 1. Nisi ad sobrietatem reversus gloriatus sit de factâ offensione, quia tunc ex ratificatione subsecuta dolosus animus conspicitur, Menoch. *de arbitr. jud. qv. l. 2. cas. 326. num. 3.* 2. Nisi ebrietas procurata & affectata fuerit ad hunc effectum, ut ebrius in offendendo audacior fiat, vel ansam excusandi delictum habere possit, Menoch. *d. l. cas. 376. num. 8.* Damhoud. *pr. cr. c. 84.* 3. Nisi sciens se solitum in ebrietate delinquere, non continuit se ab immodica potatione. Gail. *2. o. 110. n. 29.*

(h) i. e. Protectorium per fraudem per falsa narrata, per reticentiam veri & suggestionem falsi impetratum esse, adeoque Actori non suffragari, Menoch. *d. lib. 2. cas. 336. n. 18.*

(i) Nam si Protectorium, vel ad certas personas, vel res, vel certum genus offensionis, vel conditionem certam sit restrictum, id ultra illam restrictionem, nisi factum violationis ad eam per omnes circumstantias quadret,

dret, nullas ad agendum efficaces habebit vires & conventus hac exceptione tum tutus esse poterit. Paria enim sunt Salvamguardiam non esse concessam, vel concessam sub conditione, quæ non fuerit adimpleta vel purificata. Cravett. *conf.* 15. *n.* 3. Cephal. *conf.* 183. *n.* 52. *lib.* 2.

(k) Quæ exceptio è defectu primi actionis requisiti *v. supra* §. 22. resultat. Ubi enim privilegium finitum est, ibi deficit. Quando autem finiatur in contrariis Protectorii mox dicetur.

(l) In furore si fuerit lædens, quoniam libero mentis arbitrio, atque adeo delinquendi proposito caret, text. *in c. aliquis* 15. *q.* 1. *in c.* 1. 15. *q.* 1. ex delicto ad pœnam non adstringitur: Satis enim furore suo punitur. *l. Divus tit. de off. præsid.* & fati eum infelicitas excusat *l.* 12. *tit. ad L. Cornel. de Sicar.*

(m) Hæc etenim, quatenus doli nondum capax fuit delinquens, à pœna ordin. excusat *l. ferè in omnibus tit. de* R. I. vid. Farinac. *qu. crim.* 92. *per tot.*

(n) Renuncianti n. juri suo non datur regressus ad illud *l. si quis C. de pact.*

(o) Dicendo, metu justo vel comminatione mortis à Superiori vel potentiori ad violationem se coactum esse. Clar. §. *fin. qu.* 60. Menoch. *cas.* 354. *num.* 1.

(p) v. glosſ. *in l. si quis id* §. 1. *tit. de jurisdict. omn. jud.* Bald. *conf.* 229. *in fin.* Cravett. *conf.* 18. *num.* 13. ubi tamen simplicitas à reo, qui in ea excipiendo se fundat, omninò probanda est.

(q) Temporis siquidem præscriptione hæc actio, nisi in fatali suo instituatur, sicut plures aliæ, tollitur. vide *suprà* de ejus duratione §. 27.

(r) Potest enim quis liti renunciare, si non intersit alterius, & simul causæ renuncietur *l. postquam liti* 4. *C. de pactis* & ad eam Giphan. *tract. de renunciat.* Mevius *p.* 6. *dec.* 259. Dn. D. Lyncker *de gravam. extr. c.* 9. *part.* 1. §. 6.

(s) Quæ est frivola eaque spontanea intermissio eorum, quæ vel circa merita causæ in judicium semel deductæ, vel circa solennia processûs, intra tempus legaliter definitum, pro terminatione litis fieri debebant. Solet alias eremodicium appellari *lib.* 7. §. 12. *tit. de Minorib. l.* 13. *p. tit. judicat. Solvi ibique* Gothofr. *lit.* 5. Cujus effectus est, quod intermittentem, quasi lite penitus intermortuâ, à judicio depellat & ab ulteriori, per & prosecutione in totum excludat. Nam qui semel se adstringit ad agendum, viâ, quam semel elegit ambulare, & actionem motam persequi tenetur. *Auth. qui semel C. quom. & quando jud.* ibique Perez & Brunneman. Schneidew. *Comm.* I. *tit. de pœn. temere litig.* §. 3. *n.* 10. Conf. Dn. I. C. Zieritz. *de Desert. Litis Civil. cap.* 1. *n.* 60. 62.

CAPUT VIII.

DE ADJUNCTIS SEU HIS, QUÆ PROTECTORIO EXTRA ESSENTIAM EJUS INSUNT VEL ADSUNT.

§. 1.

ETsi gratia hæc Imperatoriæ & singulariter privilegiatæ protectionis gratis Impetranti obtingere possit, habet tamen labor expeditionis in Cancellaria certam aliquam æstimationem sive Taxam, (a) *quæ ab Impetrante pro diplomate in Cancellaria exsolvenda est.* (b)

(a) Quemadmodum in omnibus bene constitutis Aulis & Judiciis certæ ordinationes & statuta circa æstimationem & præmium expeditionum ejusmodi aulicarum, tum judicialium tum extrajudicialium haberi solent. Sic taxa habetur Cancellariæ Apostolicæ, de qua in *tract. tract. t. 15. p. 1. fol. 368.* Sic & Taxa habetur Cancellariæ Cæsareæ, quam novissime exhibet D. Strychius *in Syn. feud.* Sic & aliorum statuum Taxæ & ordinationes passim.

(b) Taxæ hujus quantitas pro diversitate dignitatis & facultatum personarum Impetrantium diversa est. Subjiciemus specialiora ex prædicto D. Stryckio.

Protectorium

Für einen Fürsten Taxa		500.
	Secretario	12.
	Jura	78.
Für einen Grafen T.		200.
	Secretario	9.
	Jura	36.
Für einen Freyherrn T.		80.
	Jura	24.
Für ein Commun-Stifft oder R. Stadt aus den Vornehmsten T.		300.

Secre-

Secretario	12
Jura	88
Für eine kleine R. Stadt . . .	150
Secretario	9.
Jura	36.
Für einen Edel- oder Kauffmann . .	60.
Jura	18.
Für einen Bürger	30
Jura	9.

Quæstionem hîc annectere lubet; Si communitas aliqua tempore belli Protectorium seu Salvamguardiam pro defensione & conservatione domorum ad avertendum spolium certo pretio redemerit, eique solvendo collectam imposuerit, utrum *forenses*, qui certos agros forte intra fines illius communitatis possident, ad eam contribuere teneantur? Quam D. Richter. *dec.* 70. *num.* 51. decidit negativè, eò quod ratio hujus oneris forensium bona eorumque commodum hîc non respexerit, addito responso Scabinatûs Jenensis in hæc verba. Dieweil die Gemeinde sich umb Salvaguardien bemühet/ und dieselbe zur Defension ihrer Häuser/ die anfallende Partheyen abzuweisen/ die Plünderungẽ und Abnahm des Viehes und anderer Mobilien in Häusern angenomen worden 2c. So ist auch bey so bewandten Umständen die Gemeine solche Auflagen auff die Feld-Güter ohne Unterscheid zu machen/ und von dem jenigen/ so bey ihnen weder Hauß noch Hoff/ sondern nur etliche Aecker in ihrer Flur gelegen, haben/ zu fordern nicht befugt. V. R. W.

§. 2.

De Insinuatione *Protectorii actum supra,* (a) *Ab ea distincta* (b) *est Illius* Publicatio, *quâ per affixionem diplomatis,* (c) *vel signi alicujus* (d) *in loco publico protectorium venit in cujusvis notitiam.*

(a) *c.* 6. §. 10.

(b) In eo, quod insinuatio fiat ad partem separatim, vel in Judicio, Publicatio autem planè in publico & generaliter.

(c) Ita referentibus Actis, Bremenses Protectorium suum anno 1653. adversus Regimen Suecicum impetratum hinc inde in urbe ac terris ditionis

suæ, Canonici vero ad valvas templi suum affigi curaverant. Nec enim suaserim, ut quis ultra metas suæ jurisdictionis hâc affixione progrediatur; qua in re peccâsse videtur Nobilis ille Vasallus refractarius, quem M. Wesenbecius *3. consil.* 126. *n.* 61. in pœnam albi corrupti arbitrariam incidisse respondet, eò quod publicas S. Cæs. Majestatis literas in curia Principis, ubi alia edicta proponi solent, per Scribam & Notarium affigendo, alienam jurisdictionem violasset.

(d) v. g. In signum Imperatoris, vexilli &c. Quandoque enim, præsertim ubi facilis est periculi & offensionis metus, in ipso Diplomate Impetranti permittitur, (id quod privatâ autoritate alias neutiquam licet *v. l.* 2. *C. ut nemo priv. præd. titul. &c.*) ut Aquilam Imperialem, ubi necessitas fert, in signum protectionis affigat, & cum debita reverentia refigat, prout factum cernitur in Protectorio Academiæ Jenensis ibi: Damit aber auch diese Unsere Käyserliche Protection, Frey Sicherheit/ und Verspruch/ Schutz/ Schirm und Salvaguardia männiglich kundbar und wissend sey ꝛc. ꝛc. So vergönen/ erlauben und geben Wir mehr dickbesagter Universität zu Jena hiermit Unsere vollkommene Macht und Gewalt/ daß so offt es Jhro gefällig/ und es die Nothdurfft erfordern wird / Sie an offtbesagte ihre Güter N. und A. Unsern Käyserlichen Adler zum Zeugnüß Unsers Käyserl. Special-Schutzs Handhabung und Salvæguardiæ offentl. anschlagen/ und hinwieder mit gebührender reverentz abnehmen möge / von allermänniglich unverhindert / und wo derselbe im H. R. Reich angeschlagen / publiciret und insinuirt worden / demselben soll gleich dem Original selbsten vollkommener Glaub zugestellet werden. v. Ad. N. II.

§. 3.

Pertinent huc Literæ insinuatrices, (a) *quibus aliquando Imperator ipse Protectorii parti, adversus quam impetratum est, facit copiam, eamque ab offensione omni clementer & sincerè dehortatur.*

(a) Hujus rei exemplum videre licet in Theatro Europeo *part.* 7. *pag.* 499. ubi Ferdinand. III. gl. m. Imperator, Sereniss. Principi Georgio Hassiæ Landgrafio p. m. Protectorium, quod Generali Rabenhauptio adversus Serenitatem suam concesserat, peculiaribus literis clementer insinuavit, quas adjunximus una cum Protectorio sub N. XXXI. *No. XXXI.*

§.4. Quan-

§. 4.

Quandoque S. Cæs. Majestas, ut Impetrans eò securior sit Protectorii conservationem (a) *uni vel alteri statuum, peculiari insuper diplomate* (b) *demandat vel committit, quod* Conservatorium (c) *dici, & ubi necessitas fert, sicut ipsum aliquando Protectorium* (d) *renovari solet.* (e)

(a) Seu manutenentiam.

(b) Aliquando in Ipso Protectorii Diplomate conservatorium inseri & annecti solet, quod factum videre licet in Protectorio Baroni de Plittersdorf. anno 1680. concesso v. Adj. Num. XXXII. Observari etiam meretur, non modò ad tuendum, vel exequendum Protectorium, sed & *in processibus Mandatorum* de restituendo, relaxando captivos, non offendendo &c. S. C I. ejusmodi *Conservatoria* pendente lite extrahi solere, cujus rei novissimè præjudicium suppeditat, Urbs Imperialis D. contra Vicinum potentiorem in Sueviâ, quod subjunximus sub N. XXXIII. *No. XXXII.* *No. XXXIII.*

(c) Quemadmodum & Commissarii illi *Conservatores* dicuntur. *tr. supra cap.* 3. §. 12.

(d) Factum hoc est ap. Bremenses v. Adj. N. X.

(e) Ejusmodi Conservatorium (quod & Commissio Protectionis Eine Protections-Commission vocari solet. v. Adj. N. XXI. à Ferdinando III. ad Directores Circulorum Westphalici & inf. Saxonici Bremensibus adversus Coronæ Sueciæ Gubernatorem in Ducatu Bremensi anno 1654. concessum sistit Adj. N. XXXIV. & aliud in causa Sickingen contra Chur-Pfaltz ad Electores Mogunt. Trevirensem emissum, cum ejus insinuatione & renovatione è Diar. Eur. *part.* 17. *in append.* Adj. N. XXXV. XXXVI. XXXVII. Idque eâdem authoritate ac ipsum Protectorium censetur. Unde in prædicta causa, ubi Conservatores ad tuendos Impetrantes præsidium militare in arce Ebernburg constituerant, & Elector Palatinus illud expellere minitatus fuerat, responderunt inter alia, d. 1. Aug. 1668. Müsten solches gewärtig seyn/ J. Ld. würden aber dadurch nicht so viel Sie/ als die R. K. M. und Dero Hohe Käyserl. Autorität und respect angreiffen und beleydigen / welche dann auch sich alschon von selbsten bey dem jenigen was Sie vermög habender Käyserl. Commission zu thun nicht vermöchten/ zu manuteniren wissen würden. *No. XXXIV.* *No. XXXV. XXXVI. & XXXVII.*

§. 5.

Authoritas *protectorii*, *quâ fulget*, *magna est*, *& tanta quanta Ipsius*, *à quo processit Romani Imperatoris.*

Eleganter hinc Theodor. Hœppingk. *Consil. 9. pag. 358.* Salvæguardiæ & Protectionis à Domo Austriaca datæ honorem, augustam sanè rem & Imperatorio culmine dignam prædicat. Quin & Serenissimus Elector Brandeburgicus de literis Salvæguardiæ à se concessis Kriegs-Recht/ *Tit. 3. art. 13.* statuit: So soll derselbe Brieff in gebührlichem Respect, und so hoch als Wir selbst/ gehalten werden.

§. 6.

Est proinde extraordinarium remedium *ad quod, ubi alio ordinario succurri potest, non facilè provolandum.*

Mastrill. *decis. 263. n. 30.* tum, ne quis Imperatorio hoc beneficio singulari, præter necessitatem abutatur, tum, quòd aliâs quamvis pluribus modis mediisque periculis nos eximere possimus, iis tamen pro arbitrio uti non liceat. Si quis enim majorem urgeat securitatem, quàm forsan ad periculum imminens avertendum opus sit, ille non auditur. Rosenfeld *Diss. de Iure securit. part. 1. c. 1. th. 5.*

§. 7.

Interpretationem *admittit quidem largissimam,* (a) *non tamen extra suos terminos mutato rerum statu, venit extendendum, aut ad alium finem, cujus cum eo nulla est communio, trahendum.* (b)

(a) Est namque Privilegium Juri communi conveniens, *v. supra c. 2. §. 1. 2. 3. 4. 5.* & favorem defensionis continet, beneficiumque Principis sapit, neque tertio nocivum est, quæ omnia largissimam ejus interpretationem arguunt. vid. Ludolph. Scrader. *Consil. 23. volum. 2. num. 55.* Vultej. *tom. 1. Consil. Marp. 16. num. 63.* Cardin. Tusch. *conclus. 729. lit. p.*

(b) Elegi Theodor. Hœpping. *præalleg. consil. 9. pag. 358.* ubi Ant. Tessaurum *Decis. Pedemont. 132. per tot.* & ibi Casp. Ant. Tess. *in addit.* allegat. Hinc rectè D. Joh. Kleinschmidt *in præcogn. jur. tr. 4. sect. 9. can. 11.* largissimam

gissimam hanc interpretationem privilegiorum generaliter sub clausulam: *Pro re nata & conditione objecti ac rei concessæ*; redigit ac restringit, conf. dicta *supra cap.* 7. §. 3. Pertinet huc Quæstio; An Militaris Salvaguardia rectè extendatur ad causas civiles seu defensionem jurium? Quam in rem vide D. Boeckel. *de Iur. protect. part. IV. c. 3 n.* 51. ubi ex facto refert, quæsitum fuisse: utrum Universitas Salvamguardiam militarem ab hoste, cum officiali, vel defensore habens, eâ adversus vicinum Principem & statum ejusdem Regni, à quo ob quasdam prætensiones variis injuriis afficiebatur, pro conservatione jurium & possessionum suarum uti posset, donec pacato rerum statu judiciorum Authoritas revigesceret? Et quanquam subjunctis ibi rationibus pro & contra disputatum fuisset, tamen concludit, Salvaguardiâ illa militari Universitatem feliciter usam esse, & vicinorum injurias ita declinando, se suaque Jura conservasse integra.

CAPUT IX.

DE CONTRARIIS PROTECTORII.

§. 1.

Impediunt *Protectorium*, *quo minus petitum impetretur*, *variæ causæ*, *quæ quoad personas tam petentes quàm gravantes & aliâs in cognitionem veniunt*, *& è præcedenti tractatione sunt conspicuæ.* (a) *Quod si earum una vel plures alicujus momenti in facto subsint*, *supplicans spe sua frustratus* Decretum *reportabit* Denegativum. (b)

(a) *v. supra cap.* 4. *per tot. & c.* 6. §. 5.
(b) Wird abgeschlagen; Cujus exemplum in Filio adversus Patrem protectorium petentis retulimus suprà *c.* 4. *§.* 14.

§. 2.

Tollitur *impetratum* facto *vel casu*; *& illo quidem tum* Dantis *per* revocationem.

Licet enim Privilegium seu beneficium à Principe concessum deceat esse mansu-

mansurum *c. decet* 16. *de R. I. in 6. i. e.* perpetuum & irrevocabile. Quod maximè verum est de privilegiis gratiæ, quale nostrum, tamen, si justa causa interveniat, quin revocari possit, nullum est dubium; Imò de facili revocatio Salvæguardiæ fieri debet, ex Cavalcano *de Brach. reg. pag.* 2. *n.* 281. ita referente Mastrillo *l. 3. decis.* 263. *n.* 15. maximè quando ad partis petitionem concessa reperitur sec. Cagnol. *in proem. tit. n.* 57. prout plures tempore Regiminis Ducis Ossunæ revocatas fuisse narrat *ib. n.* 16. vel si in concedenda non præcesserit causæ cognitio, & justa causa; & ubi esset contra certam personam Menoch. *cons.* 338. *n.* 10. & 11. Ita in casu à Mastrillo per *tot. Decis.* 263. *lib.* 3. ventilato (ubi Antonius Gelusius pro se ejus familia & omnibus consanguineis usque ad quartum gradum contra Gubernatorem comitatus Mohac ab Illustrissimo Pro-Rege Siciliæ & magna R. Curia Salvamguardiam impetraverat ob inimicitias quasdam, ne posset esse judex in ejus causis) decretum fuit, revocandam esse Salvamguardiam, eò quia in casu isto poterat succurri remedio recusationis contra personam Gubernatoris.

§. 3.

Tum impetrantis *per* renunciationem *s. abdicationem* (a) abusum (b) *&* *superveniens* delictum. (c)

(a) Privilegio namque suo renunciare quisque potest *l. sc. Iudex* 41. *tit. de minorib. l. pen. C. de pact.* Ant. Faber *in C. l. 3. t. 17. d. 2. n. 3.*

(b) Veluti si contra verum Protectorii usum, privilegiatus sibi quid singulare præsumserit, forte gratiâ hâc nimium suffultus, alios offendendo & in se instigando; si contumaciter nolit observare Protectorium vel privilegia alterius privilegiati ab eadem Majestate profecta, arg. eorum quæ habet Goeddæus *Vol. IV. Consil. Marpurg.* 17. *n.* 156. *cum ibi alleg.* Si tamen ex his causis aliquis in privilegii hujus totalem amissionem incurrere debeat, opus erit sententiâ declaratoriâ. Alioquin factum illud tantum exceptionem provocationis pariet, de qua suprà *c. 7. §. 29.* & eatenus saltem Protectorium vim suam quo minùs contra lacessitum offendentem operari ad pœnam queat, amittet.

(c) v. c. Rebellionis &c. præsertim quo quis bannum incurrit; Nam per hoc quis eximitur è protectione Imperii Tilem. de Benign. *in apospasin. prodrom. obs. pract.* 21. Bald. *in Auth. habita C. ne fil. pro patr.* & Bannitus omnia Imperii Iura & privilegia amittit. arg. *l. si quis 5. §. illud 1. tit. de publ. jud.* Gail. *1. O. I. n. 37. & l. 2. de P. P. c.* 12. Myns. *c. I. O.* 90.

§. 4.

§. 4.

Caſu *tollitur protectorium per* mortem *non concedentis* (a) *ſed impetrantis* (b) *naturalem.* (c)

(a) Privilegia enim ſemel validè conceſſa morte concedentis non extinguuntur, ſed naturâ ſuâ ſunt perpetua, & cum dignitate Principali, quæ eſt perpetua, perdurant, adeo ut quando contingit ea confirmari, confirmatio iſta nihil relevet aut renovet, ſed tantum fiat cauſâ dubitationis tollendæ vel ad abundantem cautelam, ex Baldo Alexandro, Surdo, Perez *in C. l. 11. t. 13. n.* 8. ne quidem ſi clauſula ſit inſerta liberæ revocationis per ea quæ tradit Dn. Schilter *in Prax. Iur. Rom. in foro German. exerc. l. θ. 30. 31.*

(b) Extinctâ enim perſonâ interit quoque privilegium, quod perſonæ inhæſit *l. 68. tit. de R. I.* ibique Ferrarius *in comm.* aliique Enenchel. *tr. de privil. l. 3. c. 3. n. 12.*

(c) Dicimus *naturalem* non excluſivè in oppoſitione ad *Civilem* quaſi hæc protectorii amiſſionem non operetur, ſed propterea, quod mortem civilem utique antecedat, neceſſe eſt factum s. delictum privilegiati per quod bannum incurrit, & jus civitatis amittit, de qua amiſſionis cauſa non caſu ſed facto operante jam ſupra dictum eſt. Cæterum Civitas etiam *naturaliter* moritur, chasmate, incendio, ruinâ, terræ motu. Bartol. *in l. 27. §. 2. D. ad Municip.* Grot. *de I. B. & P. l. 2. c. 9. §. 4. moraliter* a. ſeu *civiliter*, ſi ob delictum juſſu Magiſtratus deſtruatur, quod olim inducto fiebat aratro *l. 21. tit. quib. mod. uſusfr. finit.* hodie proſcriptione & banno. Gail. *2. o. 60.* Rennemann. *Ipr. R. G. de Princip. Ipr. Diſp. 11. θ. 42. lit. e.*

§. 5.

Violatur, (a) *cum quis directè adverſus protectorium quidpiam committit* (b) *quo ſive dans* (c) *ſive impetrans ullum patitur dedecus aut detrimentum.* (d)

(a) Quæ Violatio Protectorio contrariè, quemadmodum priora, nempe impeditio & ſublatio privativè eidem opponuntur.

(b) Idque *facto* mit Verübung einer Thätlichkeit; Nam *verbis* infringi ſecuritatem, ſeu, quod idem eſt, violari Salvamguardiam, negat poſt Damhouderũ *in pract. Crim. c. 107.* Joach. Burger. *obſ. 79. cent. 1.* cum aliis ibi allegatis. Quod an omnino veritati ſit conſentaneum, dubitare facit Magerus

 qui

qui *sæpe all. tr. c.17. n.223.* actionem Salvæguardiæ ruptæ expressim tribuit privilegiato, qui contra tenorem privilegii, quocunque modo, sive Verbis, sive factis læsus aut turbatus fuerit. Sane nisi atrocissima sit illa verbalis læsio, aut injuria haut facile ut actionem violati protectorii fundet in ea privilegiatus, suaserim.

(c) v. c. Si Violator diploma ipsum securitatis refigat, dilaceret, confodiat, vel aliud quidpiam circa illud in contumeliam Concedentis tentet. Quò respexisse videtur præcitatus Damhouderus capiti praxeos rerum criminalium 107. quò de crimine violatæ Salvæguardiæ agit ex instituto, per cælaturam præsentando, insignia Regia cum inscriptione *Sauue guarde* valvis cujusdam arcis aut domus affixa, ad quæ adstantes quidam milites hastas suas porrectas tenent, ea quasi confossuri & dejecturi. Et pertinent huc, quæ an. *1652.* circa protectorium Cæsareum Canonicis Bremensibus adversus Suecos datum acciderunt, & à nobis è Theatro Europæo *part. 7. pag. 242 & 374.* inter Adjuncta N. XXXVIII. referri digna visa sunt.

No. XXXVIII.

(d) Damhouder. *cit. prax. rer. crim. c.* 107. *n.* 2. Mager. *de Adv. arm. cap.* 17. *n.* 222. Joach. Burger. *observ. jurid. pol. mil.* 79.

CAPUT X.

DE PROTECTORII AFFINIBUS.

§. 1.

Proximè ad naturam protectorii accedit Mandatum de non offendendo (a) *quod ab eadem causa* (b) *in eundem finem* (c) *emanat; in hoc tamen ab illo differt, quod ratione subjecti* (d) *& causæ impellentis* (e) *arctioribus includatur cancellis, & aliâ quadam concipiatur forma,* (f) *& effectum producat à nostro diversum.* (g)

(a) Hinc etiam eodem Synonymo *v. 5. c. 1. §. 5.* Assecuramentum dicitur à Masuer. *tract. for. tit. 12. n. 1.* P. Frider. *de proc. extr. l. 2. c. 34.* Schvvanemann. *Observ. Cam.* 141. *n.* 1.

(b) Utrumque enim à S. Cæsarea Majestate Illiusque supremis Tribunalibus proficiscitur.

(c) Qui est securitas.

(d)

(d) s. personæ, contra quam decernitur. Nam Protectorium dirigitur in genere adversus omnes omnino Imperii subditos *v. supra c.* 4. §. 10. etiamsi quandoque specialis persona, à qua offensio metuitur, superaddi soleat; Mandatum verò de non offendendo; non nisi in specie, vel ut Philosophi loqui amant in individuo, adversus unam pluresve personas petitur ac decernitur, à quibus ob minas aliaque indicia præcedentia, vis & offensio major timetur.

(e) Hæc enim laxior esse potest in protectoriis, eaque facilius conceduntur, quàm Mandata de non offendendo. Siquidem in his obtinendis & *Iustus* offensionis *armorumque metus,* & ut narrata super fracta pace fundentur [licet non omnes fractæ pacis qualitates exprimi necesse sit. Denais. *Iur. Cam. tit.* 186. §. 3.] & insuper documento epistola, aliisve indiciis regulariter probentur, requiritur. Tennagel *de decern. process. c.* 7. *&* 8. Schvvanemann. *Obs. Cam.* 141. Indeque nec citatio ad videndum se incidisse in pœnam mandati de non offendendo decernitur, nisi factum sit qualificatum super constitutione fractæ pacis. Tileman. de Benign. *Obs. Camer. part.* 7. *o.* 47. An verò ex eo justum offensionis metum concipere quis possit, quod alius literas à se missas recuset inter Dominos Camerales ad supplicationem pro Mandato de non offendendo porrectam, quæsitum & à plerisque affirmatum fuisse refert idem Tilemannus *observ. suppl. cent.* 1. *o.* 32. quasi recusatio ista loco minarum sit, additque notabiliter Germaniæ consuetudinem esse, quoties Princeps Principis literas clausas, omni defectu quoad subscriptionem [mallem, dixisset inscriptionem] & sigillum carentes accipere non vult, denotari eo ipso inimicitiam.

(f) Ita exordium alio modo se habet utrobique, & in protectorio principale punctum in eo vertitur, ut impetrans in protectionem specialem & privilegiatam recipiatur annexo per consequentiam ad omnes Imperii Cives & subditos præcepto de non offendendo eo adversus tenorem hujus privilegii. In mandato de non off. autem ipsum mandatum & præceptum principale punctum & quasi ratio essendi est, id quod exemplo in Adjunctis No. XXXIX. addito, clarius patescit. Aliâs forma etiam hîc alia est simplex & communis, alia melior, imò optima, quæ sub expressionibus & terminis severioribus concipitur. Hinc passim in decretis videre licet ad supplicationes pro ejusmodi mandatis: Erkant in communi formâ. Et quanquam supplicans ap. Schvvanmannum *in proc. Cam. l.* 2. *c.* 20. *num.* 7. petierat parti adversæ in meliori forma alles Ernsts aufzuerlegen / sich ꝛc. tamen decretum tulit, Er kommt doch in Communi formâ in Consilio. 3. Sept. anno 1593.

No. XXXIX.

(g) Effectus mandati de non offendendo est, quod si Impetrans contra illud hostiliter offendatur, vigore mandati *ad pœnam* insertam, fractæ nimirum pacis (in Protectorio a. pœna plerumque inseritur pecuniaria,) agere & processus citationis ad videndum se incidisse in istam pœnam contra offendentem extrahere possit, de quo plura vide sis apud Schvvanemann, *proc. Cam. l. 2. c.* 20. & aliâs de Mandatis hujusmodi Eundem *l. 1. c. 16. n.* 27. item Ejusd. *Obs. Cam.* 141. 145. 149. Denais *Iur. Camer. cap.* 186. Gylmann. *tom. 2. part. 3. tit.* 10. *supplic.* 14. *fol.* 229. *& seqq.* Petr. Frider. Mind. *de Mandat. l. 2. c.* 34.

§. 2.

Deinde arctam cum protectoriis cognationem (a) *habent* Literæ Salvi conductûs (b) *tam civilis* (c) *quam criminalis* (d) *in eo tamen discrepantes, quod hæ sint specialiores magis & respectivæ,* (e) *Illa generalia magis & absoluta.* (f)

(a) Quam tum in causis efficiente subjecto & fine tum in effectibus reperire facile est, adeo ut Dd. de alterutro horum loquentes ad terminos alterius passim allegentur, ita observante Bechtio *de Secur. & Salv. cond.* θ. 11.

(b) Quæ etiam fidantiæ dicuntur, item tractatoriæ; vernac. Gleits-Brieffe.

(c) Qui præstatur peregrinantibus pro securitate tum personarum, tum bonorum, unde & vectigalia suam originem traxêre; in quam rem apprimè Glossa I. Sax. in Weichbild *art.* 8. Zoll sind aufkommen und zu dem gemeinen Nutz gesetzt / denn vormahls / da die Leute mit einander kriegten / und das Volck sich nicht regen dorfft / da setzten die Römer in dem Landte / daß man Boletten nehmen solt (das ist Geleits-Brieffe) und von den man die Boletten nehme / die solt der Römer schadloß halten binnen seinem Geleite. Und das war von des Reichs Gunst zugegeben den Fürsten / daß Sie davon Straffen-Reuter hielten / die das Volck beschirmen solten / das Gastes Weiß in ihr Gebiet käme / und sonderlich wenn Sie fern von dem Reich waren / daß Sie das Reich nicht beschirmen mocht. Plura de hoc Salvi conductus genere nosse cupidus adeat integrum tractatum Domini Philippi Alberti Orthii *de regali salvi conductus*; & quod Princeps quilibet territorium suum à periculo latronum &c. servare securum teneatur, eleganter deduxit Zasius *Consil.* 14. *per tot. juncto seq.* 15.

(d) Hic à Magistratu reo conceditur, securè à vi injusta, ad Iudicium accedendi indeque recedendi, de quo confer Damhouder. *prax. rer. crim.*

crim. c. 26. p. m. 58. & præ aliis fere Colerum *de proc. execut. part. 4. cap. 1. n. 170. & seqq.* ubi pleno calamo de hac materia scribere instituit.

(e) Respiciunt enim literæ Salvi conductus magis peregrinantes, delinquentes aliosve, qui communi legum securitate carent, nec satis tuti sunt, quibus illæ conceduntur. Georg. Everhard. *conf. 3. n. 40. & seq. vol. 2.*

(f) Nempe hæc absolutè & citra respectum vel ad peregrinationem vel delictum aliquod ad suam ac bonorum suorum tutelam, petentibus amicis aut alioquin charis præstatur. Becht. *de Secur. & Salv. Conduct. th. 11.* Mager. *de Advoc. arm. c. 15. n. 11.* Formulas Salvi conductus Imperatorii videas inter adjuncta Num. XL. & XLI. No. XL. XLI.

§. 3.

Tertiò inter affinia Protectorii Cæsarei collocamus Literas protectionis Papales (a) *nec non* Regum & Magnatum exterorum (b) *Quin &* Statuum Imperii *S. Rom. Germanici* (c) *Quæ omnes causa ipsa efficiente, proindeque etiam effectûs atque authoritatis amplitudine, à nostro differunt; de cætero autem in plerisque cum eo conveniunt.* (d)

(a) Quæ *ex c. ex parte 18. N. de privileg.* ubi in Jure Canon. thematis nostri sedes est, definiri possunt, quod sint literæ, in quibus personæ tum Clericorum tum Laicorum expresso nomine, cum omnibus rebus suis sub Apostolica protectione consistere declarantur. Juxta *cap. 10. de privileg. in 6to* in proprios & speciales filios Romanæ Ecclesiæ susceptæ dicuntur. Nic. Vigel. *M. I. P. lib. 3. cap. 9. Reg 4. exc. 6.* Vis atque virtus earum juxta modum jurisdictionis Papalis æstimanda erit. Illa quousque se in Ecclesiasticis extendat, post alios multos nuper doctè disseruit Dn. Ziegler. *de Iur. Maj. cap. 13. num. 16. & seq. ad 20.* In Politicis per se clarum est ultra terminos territorii sui, seu patrimonii Petrini eam non excurrere. Neque enim eò nunc inducimur, ut credamus Pontificios saniores ipsos persuasum sibi habere, quod Bonifacius VIII. *in extrav. comm. de major. & obed. cap. 1.* persuadere annisus est, subesse nimirum Romano Pontifici, quoad gladium etiam temporalem, omni humanæ creaturæ omnino esse de necessitate salutis. Cæterum quod supra *cap. 7. §. 3.* de Protectoriis temporalibus

dictum est, ea mediatæ Jurisdictioni ordinariæ inferioris Domini vel Vasalli non derogare, illud virtutis etiam Papa suis literis protectionis adscribit in *d. c.* dum Innocentius III. Pontifex Ausonensi Episcopo respondet, quod Clerici & Laici per suas hujusmodi literas ab Episcoporum potestate minimè subtrahantur. Exemplum protectorii Papalis unum

No. XLII. & XLIII. itemque alterum Numeri XLII. & XLIII. suppeditabunt.

(b) Sic in terris Italicis frequentem usum ejusmodi protectoriorum attestatur Abbas Panorm. *ad c. recepimus X. de Privil.* unde & Menochius multa de iis in *arbitr. judic. quæst.* supra allegatis. De Hispania testis est Mastrillus in decisionibus itidem supra allegatis. De Gallia Petrus Gregor. Tholosan. *in Syntagm.* 48. *t.* 16. *&c.* Quatenus Barbarus ipse Turcarum Imperator ad instantiam Legati Cæsarei Christiani Jesuitis aliisque Clericis literas Protectionis in terris suis, insertis aliis adhuc privilegiis novissimè anno 1665. concesserit, conspectui dabimus è *Theatr. Europ. part. IX.*

No. XLIV. inter Adjuncta Num. XLIV.

(c) Status Imperii etiam protectoria dare posse ac solere, jam supra commemoratum est. Non tamen adeo amplæ authoritatis, tamque privilegiatæ naturæ ac virium esse, atque Cæsarea, per se patescit, & plerumque ea

No. XLV. naturam contractus clientelaris indeque nati juris, quo de mox post se trahunt. E multis ac variis exemplis adjungemus sub No. XLV. Heinrici Marchionis Misniæ Protectorium Nosocomio Freibergensi ad S. Jo-

No. XLVI. hannis datum è D. Andr. Molleri *Theatro Freibergensi Chronico Sect. I. cap. XIII. pag.* 121. & sub Num. XLVI. Serenissimi gloriosæ memoriæ Du-

No. VLVI. cis Saxon. Johannis Casimiri protectorium pago Triebsdorff, denique alia tria sub No. XLVII. à Serenissimis Brunsvici Ducibus civitati Hœxter concessa, è quibus subinde à Successoribus renovatis Lector insimul styli Saxonici antiqui à novo differentiam haut citra delectationem deprehendet.

(d) Quemadmodum enim omnes hæ literæ in eundem finem majoris securitatis tendunt, ita alius atque alius est, à quo impetrantur alia earum forma externa, alia pœna, aliud forum, alia identidem actio sive persecutio.

§. 4.

Quarto loco ponimus valde etiam nostris affines Tabulas clientelares (a) *quibus per modum pacti* (b) *tum Imperator Rom.* (c) *tum alius potens* (d) *debiliorem in clientelam vel pro-*

protectionem suam recipit, isque vicissim in redhostimentum quandoque aliquid promittit, unde oritur famosum illud Jus clientelare sive protectionis sive advocatiæ armatæ. (e)

(a) Quæ adeo etiam Protectoria, literas protectionis, **Schutz-Brieffe**/ tabulas protectitias connominari supra *c.* 1. *§.* 2. *n.* 4. tradidimus.

(b) Seu conventionis. Et per hoc maxime à nostris, quæ per modum privilegii dantur, differunt.

(c) Ferdinandus Rex Romanorum suo & Imperii nomine anno 1542. d. 26. Aug. Norinbergæ cum Antonio Duce Lotharingiæ ejusmodi tabulas clientelares erexit, quas ceu exempli notabilioris loco apponimus Num. XLVIII. Utrum verò Imperator etiam passivam clientelam cum alio paciscì, s. quod idem, se in protectionem dare possit? Quæstionem movent quidam, rectius forte Cl. Bœcleri judicio. *Not. Imp. l.* 5. *cap.* 2. *pag.* 145. omittendam. No. XLVIII.

(d) Cujusmodi exempla passim suppeditant Historiæ. Confer si libet, Magerum *de adv. arm. c.* 5. *n.* 493. *& seqq.*

(e) Et cum hoc prædicto Boeclero Judice in *Not. Imp. lib.* 16. *c.* 13. ad exemplum perfectæ tractationis ita excoluerit sæpe à nobis allegatus Martinus Magerus à **Schönberg**/ ut vix opus sit alios citare, actum sanè esset agere, si quis latius in hoc argumentum describendo excurrere vellet; Operam tamen haut contemnendam navavit etiam post eum in hoc genere D. Martinus Bœckel. tum temporis Reipubl. Lübecensis Syndicus, postea diversorum Imperii Statuum Cancellarius, in tractatu de Jure protectionis clientelaris, quibus addi potest è Tomis Dispp. Basiliens. David Hœpping. tract. *de Iure protection. sive Advocatiæ in & extra S. R. I. moribus priscis & hodiernis recepto.* add. Petr. Frid. Mindan. *de proc. extrah. l.* 2. *c.* 14. *per tot.* Thom. Maul. *de Homag. tit.* 11. Schurff. 3. *Consil.* 23. *num.* 1. 2. Sim. Pistor. *in M. Pist. Consil. l.* 1. *cap.* 19. *num.* 16. Wesenb. 1. *Consil.* 48. *num.* 13. Thom. Mich. ap. Klock. 2. *Consil.* 23. *num.* 309. 310. 903. *seqq. junct. num.* 848. 854. Merckelb. *ap. Eund.* 2. *Cons.* 37. *qv.* 2. *cons.* 61. *num.* 1. 2. 61. 64. 77. 113. 114. Klockius ipse *de contrib. c.* 1. *num.* 273. 281. *cap.* 3. *n.* 203. 206. 302. *c. ult.* 384. 362.

5. *Quem-*

§. 5.

Quemadmodum verò per tabulas clientelares Pactum, ita Quintò ex (a) *ipsa alicui, tum Jus protectionis* (b) *tum singularem præ aliis securitatem asserit,* (c) *eaque ratione Protectoriis nostris affinis est.*

(a) Unde prælaudatus Dn. Bœckelen *d. tract. part.* 1. *c.* 5. binum Juris protectitii fundamentum ponit, Legem & Conventionem hominis, indeque illud etiam d.l. in Conventionale & Legale bipartitur.

(b) Prodeat hîc præcipui exempli loco in theatrum Novissima Imperii nostri Rom. Germ. Lex fundamentaleis, Capitulatio nim. omnium Invictissimi Cæsaris LEOPOLDI; Illa Sacræ Cæs. S. Majestati duplex Ius protectionis & id quidem Summum, *Ecclesiasticum* nim. & seculare, expressim defert, vicissimque Sua Majestas eò se adstringit: Illud *in articulo de capital. I.* Verb. Daß wir in Zeit solcher Unser Königlichen Würden / Ambt und Regierung die Christenheit und den Stuhl zu Rom / auch Päbstliche Heiligkeit und Christliche Kirchen als derselben Advocat **in gutem treulichen Schutz und Schirm halten/ sollen und wollen.** Cumque hîc orto Religionis dissidio dubium simul exortum sit, cedat, ne præjudicio Evangelicorum in Imperio Germano Statuum, peculiaris illa & quidem Iurata Romanæ Ecclesiæ defendendæ promissio? haut satis existimarunt Serenissimi Duo tunc Protestantes Electores Saxo & Brandenburgicus in articulo I. Capitulationis cum Ferdinando III. glor. mem. Ratisbonæ 24. Decembr. anno 1636. initæ dissensum suum, & quod eò S. Cæs. Majestatem obligatam nolint, declarasse verbis: Gleichwohl so viel diesen auch den nachfolgenden 19ten articul gegenwertiger obligation versiculo, das sollen und wollen Wir ꝛc. belangend / haben vorgemelte Unsere liebe Oheime / beyde Churfürsten zu Sachsen und Brandenburg sich ausdrücklich gegen Uns erkläret (was da selbsten von dem Stuhl zu Rom / auch der Päpstlichen Heil. vor Meldung beschicht / **daß Ihre LLd. darinn nicht willigen / noch Uns damit verbunden haben wollen**; Verùm postea una cum Palatino (qui notis ex causis à Capitulatione usque tunc exclusus erat) Ferdinandi IV. gl. m. Regis Romanorum capitulationi expressè inseri curaverunt: Advocatiam illam Sedis Romanæ Paci Religiosæ neutiquam fore præjudicio; sed huic parem protectionem servandam esse verbis:

Noch

Noch itztgedachte Advocatia dem Religion-und Prophan-Frieden zum Præjuditz angezogen und gebrauchet/ sondern demselben gleicher Schutz gehalten werden solle. Cumque adhuc ea in nudis terminis protestationis subsistere viderentur, quos odiosa & subdola malevolorum interpretatio in periculum Evangelicorum torquere posset, in sequenti Capitulatione LEOPOLDINA Anno 1658. Francofurti id sollicitè egerunt, præ altè memorati Serenissimi Electores, ut Sacra Cæsarea Majestas parem illam Ecclesiæ Evangelicæ tutelam ac defensionem claris & expressis verbis sanctè polliceretur, eoque se obligaret, additis nim: ad priora: Wie Wir Jhnen den dreyen Churfürsten/ dann auch solches Krafft dis versprechen/ und uns hiermit darzu verbinden/ ut adeò nobis Pax illa cara Religiosa sub firmissimo hoc Sacr. Cæs. Majestatis umbone sarta tecta sit atque secura, & frustrà fuerint Jurisconsulti, Dittingenses qui *in Compositione Pacis cap.* 12. Sacratissimos Imperatores ab obligatione Juramenti, quod Cæsarea Majestas & Status quidam in Imperio edere solent de Pace Religionis servanda, tuenda, nescio qua fronte solvere conati sunt, quos jam ante postremam capitulationem ceu Legem Imperii Fundamentalem argumentis & rationibus refutaverat in hoc articulo D. Bœckelen *cit. tract. part.* 3. *cap.* 1. quem de cætero etiam quoad originem hujus Advocatiæ Ecclesiasticæ Imperatori competentis & alia huc spectantia cap. 1. conferre haut abs re fuerit. Adde novissime graviter, ut solet per omnia, hac de re scribentem Magnificum Dn. Ziegler. *tract. de Iurib. Maj. l.* 1. *cap.* 13. præprimis *num.* 19. & 20. & *cap.* 22. per tot. quibus locis Regimen Ecclesiasticum Imperatori Principibusque competens egregiè demonstrat, simulque docet quam pessima fide Pontifex Eos in vera legitimaque Juris hujus circa sacra possessione turbaverit, remque alienam temerario ausu occupaverit, vix & vel invitus, ne scilicet suam hanc tyrannidem ægrius ferret Imperator concedens, ut Imperatori officium Scholastici (ita enim olim Advocatos & defensores Ecclesiæ denominatos esse, è Concilii Africani Quinti canonibus, & aliunde ostendit Idem cap. 22. tit. 3.) circa rem Ecclesiæ maneret reliquum. Alterum Jus protectionis summum *in secularibus* quod attinet, id equidem Imperatori vi ipsa summæ potestatis ac Majestatis Imperatoriæ per se competere *suprà cap.* 3. §. 7. & *c.* 7. §. 1. *ex th.* innuimus, nihilo tamen minus consultum duxerunt Ordines Imperii, id ipsum Sac. Cæs. Majestati per Legem Imperii fundamentalem expresse deferre, eoque Illam quasi firmiori vinculo & quasi admoni-

monitione ad officium defensionis adstringere. Ita enim à Ferdinando IV. Rege Rom. in suæ capitulationis articulo sexto primùm, dein ab Invictissimo LEOPOLDO in suæ capitulationis art. peculiari octavo cautum invenitur, se curare velle & debere, *ut unusquisque imposterum in sola sua* i. e. *Imperatoris & S. R. Imperii protectione & defensione maneat.* **Käyserl. Majest. solten und wolten darob/ und daran seyn/ damit männiglich forthin in Dero und des Heil. Reichs alleinigen Schutz und Vertheidigung gelassen werde.** Idque occasione Protectoriorum, quæ Prædecessores quondam Cæsares exteris quibusdam à Jurisdictione Imperii exemptis Magnatibus, super immediatis & mediatis Imperii civitatibus & Statibus olim concesserunt, vel Illi ipsi respectivè dederunt, aut assumserunt, vel alias usurparunt. Quantum enim damni ac periculi Imperio à Protectione Exterorum & Potentiorum oboriatur, prolixè, nec illepidè demonstrat Author *Comitiologiæ Ratubonensis part. 4. diss. 8. caus. 4.* Siquidem *Potentiores Protectores* cautelis & clausulis etiam curiosissime excogitatis tam arctè includi non posse opinatur, quô minus à protectione, data occasione, ansam arripiant *plus ultra* progrediendi; cum obstet natura ipsa hominis & potentiorum, quorum etiam optimorum animi libidine dominationis corrumpuntur. Neque, pergit ille, quiescent potentiores usque dum sub specie protectionis in clientum terris primò digitum porrigant, dein pedem figant, & insuper impensas protectionis prætendant. Unde hanc protectionem Sireni comparat, quæ suavi verbo **Schutz und Schirm** corda attrahat, quoad inferiorem partem verò caudam Draconis occultet; & arbori, quæ plures occidentales quàm orientales fructus ferat. Confer ea quæ habet Zachar. Victor. *de caus. exempt. concl.* 20. item Georg. Brautlacht *Consult. V. Historiæ Pacificationum annexæ. num.* 13. *& seqq.* Exempli loco adducit Galliæ Regem, qui sub prætextu protectionis Philipsburgi & X. Civitatum Alsatiæ multa gravamina Imperio jam tunc excitaverat, quæ postea non parum adaucta esse Memorialia dictarum Civitatum etiam in durantibus adhuc comitiis repetita plus satis, magno ipsarum malo, ostendunt. Neque non Henricus II. Galliæ Rex post fœdus illud cum Mauritio Saxone Anno 1552. pactum, sub titulo Protectoris Germaniæ (Thuanus scribit l. 8. Vicarii Imperii nomine) tres insignes Episcopatus Metim Tullum, & Virodunum ab Imperio avulsit Dn. Chr. Weis *in Hist. fundam. cap.* 3. *num.* 16. *add.* Conring. *de Fin. Imp. Germ. l. 2. cap.* 26. *pag m.* 678. *& seqq.* Et in Limnæi *addit. ad L. V. Iuris publ. cap.* 2. *pag.* 687. *tom. IV.* legimus in

Comi-

Comitiis Ratisbonensib. de anno 1654. dictum fuisse se de protectione Domui Austriacæ ratione Comitatus Tirolensis super Episcopatibus Tridentino & Brixiensi competente, eandem nimis extendi, und wolle man sich ex parte Tyrol über das Stifft Brixen des Juris Superioritatis anmassen / des Juris collectandi gebrauchen / Sammel-Plätze darinnen geben / die Stifftische Unterthanen gleich den Tyrolischen zu belegen/ auch die Stifftische Beambten zu beschreiben; welchen actibus als man sich opponirt / weren dem Stifft alle Gefälle und Commercia in der Graffschafft Tyrol gesperret worden ꝛc. quæ cuncta & his similia incommoda ex ejusmodi protectionibus, Status Imperii in iis ipsis modo dictis Comitiis congregati publicæ salutis lance ponderantes, non modo ea *in d. Capitulationis articulo* expresserunt, quod nimirum in protectionem suscepti eâ quandoque contrà proprios Dominos in causis civilibus & justitiæ, adversus Imperii constitutiones abusi fuerint, unde prolixæ contentiones pacisque publicæ turbationes ortæ, Imperii Jurisdictio Autoritas & Superioritas per id imminutæ, quin & exemptione insignium membrorum planè interversæ sint, ad quem passum conf. R. I. *de anno* 1566. §. nach obgesetzten *pag.* 570. *&* R. I. *de anno* 1676. §. Wir haben auch zum sechsten Articel ꝛc. sed etiam pro avertendo hanc Imperio nocivam dismembrationem & contentiones cum Imperatore pepigerunt, (1.) ne Imperator ejusmodi protectoria super mediatis Urbibus ac Provinciis exteris Magnatibus, ab Imperatoris & Imperii Jurisdictione exemptis imposterum concedat, (2.) nec permittat, ut urbes ac Provinciæ Imperii talia quærant, & acceptent, nec (3.) ea, quæ à Prædecessoribus Cæsaribus in alio forte rerum ac temporum statu concessa, & à Mediatis Imperii civibus acceptata sunt, vel per Rescripta vel alio modo confirmet, sed potius (4.) curet, ut prædictis ejusmodi protectoriis per interpositionem suam, sive aliis mediis licitis renuncietur, eaque cassentur, vel ad minimum ad terminos primæ Cæsareæ vel Regiæ concessionis, ubi illa repetitur, sine omni ulteriori extensione reducantur, atque ita (5.) unusquisque posthâc in solâ sua & Imperii protectione maneat, & (6.) omnibus Imperii civibus *citra implorationem sive interni* (i.e. à Constatibus,) *sive externi auxilii æqualis protectio* & administratio Justitiæ in Ecclesiasticis & Politicis, juxta Constitutiones Imperii, J. Pacis, Edicta executorialia, arctiorem modum exequendi, Recessum execut. Norimb. & postremum Imp. Recessum servetur; Denique (7.) abusûs Bullæ

 Braban-

Brabantinæ tollantur, & tandem (8.) in specie 10. Civitates Alsatiæ excepto Jure Præfecturæ Provincialis (quod vi Instr. Pac. Regi Galliæ concessum) in statu Immediatorum Imperii civium conserventur. Ad quæ duo ultima puncta notari meretur, & quidem ad septimum in Capitulatione Ferdinandi IV. mitius de Bulla Brabantina disponi, ut scilicet tantum abusus Bullæ Brabantinæ juxta R.I. *de anno* 1641. §. Nachdem auch die Ständte (è quo loco ceu primaria hujus materiæ sede integer ferme status causæ edisci potest) & I. Pacis. *art.* 9. tollantur; In Leopoldina verò Bullam istam procul dubio propter toties ingeminatas à civibus Imperii præsertim Circuli Westphalici contra eam querelas vix ullatenus agnosci, sed prætensam nominari, pluribusque caveri, ut nati ex ea in præjudicium nonnullorum Electorum & Statuum processus evocatorii penitus tollantur, Placitum Imperii de Anno 1594. executioni detur, & statibus gravatis in casu necessitatis jure retorsionis auxilium præstetur. Bulla ista præterquam quod novissime Dn. Thülemarius eam cum aliis nuper typis dederit, habetur apud Limnæum *Lib. V. I. P. cap. 2. §. 53.* (unde nos inter Adjuncta sub Num. XLIX. retulimus, ut ad *d.* §. 8. *Capit. Leopold.* quem aliquatenus hic interpretandum sumsimus, statim in conspectu sit:) & *in addit. ad h. l. pag.* 705. Scriptum nomine Hispaniarum Regis tanquam Burgundiæ Ducis pro Bulla ista Statibus Imp. oblatum, quo tamen non attento propter iteratas querelas de Violentia Brabantina, jam anno 1648. in Conventu Osnabrugensi nata inde onera atro carbone notata fuisse Limnæus ibid. observat. Deinde circa hoc punctum notabile, quod in Capitul. Ferdin. IV. hic simul mentio fiat Transactionis Burgundicæ des Burgundischen Vertrags de anno 1548. ita, ut S. Regia Maj. illud observari curet; his verbis: Weniger nicht denen im Jahr 1548. zwischen Burgund und dem Reich auffgerichteten Austrägen und Compactaten nachgelebet werden. Verum in LEOPOLDINA hæc penitus omissa sunt, rationibus procul dubio non levibus, quæ ex iis quæ Petrus Friderus Mind. *l. 1. de proc. extrah. num. 1.* & ex hoc post Wehnerum Limnæus *l. 5. I. P. cap. 2. num. 49. & seqq.* habet, conjicere licet, qui postremus etiam *allegato loco num.* 50. dictam Transactionem Burgundicam exhibet integram. Ad octavum Punctum notandum superest, proverbis: *Iuris specialis Advocatiæ sive protectionis* in Ferdinandi IV. capitulatione adhibitis, posteà in LEOPOLDINA, ibid. verba; Juris Præfecturæ Provincialis; substituta legi, vel

No. XLIX.

quod

quod jam modo d. paragrapho protectiones illæ exterorum pro odiosis & Imperio nocivis declaratæ sint, vel quod hæc ultima Instrumenti Pacis tenori conformia sint, disputatumque hinc inde fuerit, utrum Præfectura illa Provincialis, die Land-Vogtey Hagenau tantum specialem advocatiam immedietati non obstantem, an quid ultra importet? v. Hermes *Fascic. I. P. c.31. num.164.*

(c) Præ cæteris hîc illustis occurrit Ordinatio. Cam. quæ Dnn. *Assessorum omniumque Imperialis Cameræ Personarum* securitatem speciali protectione Imperatoris & Imperii una cum adstrictione omnium Electorum, Principum Statuum & Civitatum præsertim vicinorum, qui hujus protectorii legalis quasi conservatores itidem legales sunt ad eandem sartam tectam tuendam, sancte munit, hisce verbis: So wollen die Käyserl. Majest. alle und jede des Käyserlichen Cammer-Gerichts Persohnen in J. L. und Käyserl. Majest. und des Heil. Reichs Verspruch/ Schutz und Schirm / hiermit auffgenommen / und allen Chur-Fürsten / Fürsten / Ständten und Städten / und sonderlich den Nachgesessenen des Orts / da das Cammer-Gericht jederzeit gehalten wird / obgemelte Persohnen / bey solchem Unserm und des Reichs Schutz und Schirm zu handhaben und zu erhalten / hiermit ernstlich auffgelegt und befohlen haben. Unde dictis personis adversus hanc tesseram læsis non solum condictio ex lege l. privilegio, sed & ratione protectionis violatæ, actio ad interesse, & damna vel judicium aliquod pœnale injuriarum competit, sub arbitrio, utrum in Camera, an coram lædentis Judice ordinario agere velint. Mart. Magerus *de Adv. arm. cap.17. num.226.* Ottho Melander *comm. Cameral. part. 1. num.101.* Rutg. Ruland. *de Commiss. part.1. lib. 3. cap.8. num.9. sequ.* Ita Jus Gentium *Legatis* inviolabilitatem, seu peculiarem securitatem tribuit. Ita Jus Divinum juxta ac humanum *Ministros Ecclesiæ* singulari protectione dignatur. Ita Lex 8. C. de dignitatibus, Senatores i. e. *Consiliarios Principis*, speciali quadam protectione ab omni injuria defendi debere constituit. Et quæ aliæ Legalis securitatis species hic adduci possent, quas nusquàm fermè meliùs con- & digestas reperias, ac apud Bechtium *tract. de securitate & salv. cond. cap. V. thes. 138. & multis seqq.*

§. 6.

Tandem in hunc censum conjicimus, Tractatus Pacis & Guarantiæ (a) Fœdera (b) Cautiones de non offendendo (c) Moratoria (d) Asyla (e) *& si quæ sunt alia securitatis præsidia*; (f) *quæ singula heîc persequi instituti ratio haut admittit.* (g)

(a) Etenim vel semper in ejusmodi tractatibus ac Instrumentis, præsertim sub articulo Amnistiæ caveri solet, ne alter alteri posthac quicquam hostilitatis aut inimicitiæ, molestiæ, vel impedimenti, quoad personas Statum, bona vel securitatem per se vel per alios inferat, adeoque quoad affinia cum Protectoriis conveniunt v. I. P. Cæs. Suec. *art.* 2. *& art* 17. §. 5. ubi sancitur, omnes hujus transactionis consortes, universas & singulas pacis Leges contra quemcunque sine Religionis discrimine tueri & protegere teneri; Quo ipso constituuntur Sponsores pacis sive Guarantæ. v. D. Obrecht. *dissert. de Sponsore pacis.* Cujusmodi Guarantæ sive Sponsores, etiamsi consortes transactionis non sint, quandoq; peculiari cum securitatis clausulâ Instrumento Ipsi subscribunt, quemadmodum factum Hafniæ in Pace Danosuecicâ d. 27. Maji anno 1660. quam formulam illustrationis gratiâ pro nostro instituto hic apponere non pigebit, Ita vero illa se habet: *Et quoniam ad majorum horum omnium securitatem & observantiam S. R. M. Christianissimi Galliarum Regis, ut & Serenissimæ Reipubl. Angliæ, & Celsorum ac Præpotentium D. D. ordinum generalium fœderati Belgii respectivè ordinarii Legati, Commissarii & Deputati, Plenipotentiarii, nomine Dominorum Suorum Principalium, similiter promiserant & cautione reciproca sive Guarantia, tam Generali omnium trium Statuum simul, quam speciali singulorum Statuum seorsim obstrinxerunt, quemadmodum hisce etiam, in formâ optimâ amplissimâ, securissima sese invicem mutuâ obligatione obstringunt, ut Actorum transactorum Sponsores, Fidejussores, Vindicesque sint, idque effectum dent, ut hæc pacta conventa sedulo ac penitus per omnes suos numeros impleantur, & ritè in perpetuum observentur, tum quod procurare velint, ut ratificationes Suorum Dominorum Principalium desuper extradantur loco ab illis, tanquam non solum Pacis Mediatoribus, sed etiam Pactorum Conventorum Sponsoribus, Fidejussoribus*

bus ac Vindicibus, petivimus, ut in majorem omnium confirmationem ac certiorem testificationem, hæc nobis cumsubscribere & sigillis suis obsignare velint. Actum Hafniæ die 27. Maij Anno 1660.

(b) Præsertim defensiva sive defensionis, quæ se invicem tuendi causa feriuntur.

(c) Sive præstentur fidejussoribus, sive pignoribus, sive juramento; nam & hoc admitti, cùm is qui cavere debet est probatæ existimationis, vel aliâs ob paupertatem satisdare non potest, docet P. Frid. Mind. *de proc. extr. lib. 2. cap. 35.* quem de his cautionibus vide nonnihil prolixius ibi differentem.

(d) Sive Rescripta sive Privilegia alias Quinquennellen / Anstandt-Brieffe dicta, debitoribus citra suam intentionem & culpam nimium obæratis porrigi solita, in quibus largiendis cum Creditorum maximè versetur præjudicium, valdè considerate procedit S. Cæs. Majestas, ut haut pridem Laudatissima quædam Imperialis Civitas à Statibus Imperii in Comitiis intercessionales ad S. Cæs. Majest. pro iis impetrandis sollicitè flagitaverit. Vide de iis integrum tractatum Antonii de Freundeberg & pro exemplo unde quatenus à Protectorio differant, dignoscatur, Adjunctum Num. L. No. L.

(e) Quæ sunt receptacula, quo se recipiant propter imbecillitatem delinquentes, ne injuriâ aliquâ & præter meritum damno afficiantur. Hoc asylorum Iure hodie inter Romano-Catholicos omnes Ecclesiæ gaudent, si non concessione, tamen conniventia Cæsarum, adeò ut ne quidem à domo Episcopi vel Prælati intra 30. passus aliquis abduci possit. Inter Augustanæ Confessionis Consortes templa & religiosæ domus propter consensum Principis territorii, Ius asyli habent, ut sine consensu Ejus, vel qui ibi Iura Episcopalia exercet, nemo extrahi possit. *Inst. Iur. Publ.* Dn. Rhetio adscriptæ *l. 2. tit. 8.* §. 3. Plura de his vid. ap. Sarpum & G. Ritterhus. *pecul. tract. de asylis.*

(f) Ut est *Pax Burgica* der Burg-Friede / cujus vi in Palatiis Principum, vel aliis locis quibus Princeps hanc securitatem tribuit, idque signo quodam, ut picturâ manus securi amputatæ, quales hic Coburgi adhuc cernuntur, manifestum facit, gladium adversus alium ne quidem stringere licet, nisi quis pœnam violatæ pacis Burgicæ incurrere velit.

lit. Author. I. Jur. Publ. d. l. 2. tit. 8. §. 6. 8. 9. Possint etiam huc referri, **die Schutz- und Schirm-Herrn**/ qui sæpe literis annectuntur executorialibus vid. Gylmann. *Symphor. part. 3. tom. 2. tit.* 17.

(g) Nobis enim nunc non licet esse prolixioribus, cum affinia non tam sint tractanda, quàm delibanda Sereniss. quondam Germaniæ Principum Nestor Gustavus Selenus *cryptograph. l. 9. cap. 8. pag.* 485. Finimus itaque hanc quam cœpimus cum DEO, de Protectoriis Cæsareis tractationem, simulque Sacratissimum Imperatorem nostrum LEOPOLDUM, cum omnibus Sacri Rom. Imperii Membris, interque ea Serenissimum Ducem ac Dominum Nostrum Dominum ALBERTUM, cum universâ Heroum Saxoniæ Familia, nec non integram JESU CHRISTI Ecclesiam suo sanguine partam divinæ ac validissimæ SUMMI OMNIUM PROTECTORIS protectioni devotè commendamus, CUI UNITRINO sit LAUS, HONOR & GLORIA IN SEMPITERNUM!

SYLLABUS ADJUNCTORUM.

Num. I.

CAROLI V. Cæsaris Protectorium Domino Johanni de Hatstein Ordinis Johannitici in Germaniâ Magistro datum super omnibus istius ordinis bonis, Juribus ac privilegiis, adversus varia gravamina. De dato Antuerpiæ d. 24. Maji Anno 1540. - ad Cap. IV. §. 2.

Num. II.

Protectorium ab Invictissimo Imperatore LEOPOLDO Academiæ Saxo-Ducali Jenensi clementissimè concessum d. 11. Junii Anno 1674. - - ad eund. loc.

Num. III.

Protectorium ab Eâdem S. Cæs. Majest. Serenissimo Duci Holsatiæ datum d. 28. Sept. An. 1684. - ad C. IV. §. 3. p. 34.

Num. IV.

Protectorium Cæs. Serenissimæ Dominæ Annæ Magdalenæ, natæ è Domo Palatina, & Viduæ Comitissæ Hanoviæ adversus Comitem Fridericum Casimirum datum d. 13. Jan. Anno 1670. - - - ad loc. cit.

Num. V.

Protectorium Generoso Nobilium Immediatorum Pari de Str. concessum d. 19. Jan. An. 1682. - item lit. b.

Num. VI.

Aliud à Carolo V. Imp. Doctori Johanni Hiltnero JCto datum d. 1. April. 1540. - - - - loc. cit.

Num. VII.

Protectorium Civi & Mercatori cuidam Fr. datum d. 7. Nov. Anno 1681. - - - - loc. cit. lit. c.

Num. VIII.

Protectoria bina ab Otthone & Conrado Impp. Trevirensibus data Anno 1211. & 1242. - Cap. IV. §. 4. lit. d.

Num. IX.

Protectorium à Ruperto Rege Rom. Civitati Friedberg datum Anno 1400. - - - ad loc. cit.

Num. X.

Protectorium à Ferdinando III. Imp. Civitati Bremensi datum & renovatum anno 1653. d. 4. Novemb. item.

Num. XI.

Aliud ab Invictissimo Imp. LEOPOLDO Civitati cuidam Imperiali Scamni Rhenens. datum d. 9. Febr. 1683. item.

Num. XII.

Protectorium & Cassæ restitutorium à Commissariis Cæs. Electoribus np. Moguntino & Bavaro, Statibus Provincialibus Archiepiscopatus Trevirensis, adversus Archiepiscopum & Electorem Dominum suum datum d. 2. Aug. 1631. subjuncto tenore Commissionis. - - - - - - item lit. e.

Num. XIII.

Num. XIII.

Diploma Protectitium à Ludovico Imp. Hispanis in Galliam emigrantibus datum Aquisgrani Cal. Jan. Anno Christi 815.

Num. XIV.

Protectorium Viduæ Nobili Ejusque Pupillæ datum d. 24. Maji anno 1669. - - - d. Cap. §. 6.

Num. XV.

Protectorium à Carolo V. Imp. Judæis datum Spiræ 3. April. anno 1544. - - - - d. Cap. IV. §. 7.

Num. XVI.

Aliud ab Imperatore Ferdinando III. Civitati Magdeburgensi adversus creditores & exactores datum d. 14. *Sept. anno* 1638. - - - ad. d. Cap. IV. §. 16.

Num. XVII.

Aliud Protectorii Exemplum in causâ Sch: Wittib *contra creditores suos de dato* Wien *d.* 16. *Jun.* 1677. ibid.

Num. XVIII.

Protectorium Cæsar. à Testatrice Illustri pro hereditate in futurum intrà diem mortis & publicationis Testamenti jacente conservandâ impetratum d. 24. Mart. 1679. - - - - - ad Cap. V. §. 3. lit. c.

Num. XIX.

Supplicatio pro obtinendo Protectorio per Mandatarium exhibita Viennæ anno 1682. - - ad Cap. VI. §. 4.

Num. XX.

Supplicatio alia pro obtinendo Protectorio & Mandato S. Cl.

pœnali Illustris cujusdam Heroinæ adversus Serenissimum Maritum d. 26. Febr. 1663. - ad loc. cit.

Num. XXI.

Protocollum in causâ petiti & decreti Protectorii Hanau *contra* Hanau *è Consilio Imperial. Aul. Lunæ 13. Januar. 1670.* - - - ad Cap. VI. §. 6.

Num. XXII.

Aliud in causâ Bentheim *contra* Bentheim. - ad loc. cit.

Num. XXIII.

Mandati seu Instructionis pro vivâ Salvaguardiâ seu Defensoribus Formula. - - ad Cap. VI. §. 8.

Num. XXIV.

Instrumentum Notarii factum super actu insinuationis Protectorii. - - - ad Cap. VI. §. 10.

Num. XXV.

Libellus seu Supplicatio pro Citatione auff verwürckte Poen Kayserl. Schutz- und Schirmbrieffs B. n. R. der Stadt B. *contra* gemeine Eingesessene des Castels W. - - ad Cap. VII. §. 23. c.

Num. XXVI.

Mandati ad legitimandum in Judicio tum Camerali tum Aulico hodiè usitati Formula. - cit. §. lit. d.

Num. XXVII.

Citatio super constitutione fractæ Pacis, annexo mandato de non offendendo, & de cassando homagio, & restituendo

do ablata, S.C. sub pœnâ 30. Marcarum auri, & termino duorum mensium ad docendum de paritione, unâ cum Citatione ad videndum se declarari in pœnam Protectorio insertam sub eodem termino *in causâ* Sayn *contra* Sayn. *de dato* Wien *d. 19. Martii 1643.* - - - - - - ad cit. cap. & §. lit. e.

Num. XXVIII.

Protocollum actitati in Camerâ Imp. Processûs citationis ad vid. se incidisse in pœnam Protectorio insertam unâ cum citatione ipsa, & potioribus in eo exhibitis scriptis. - - - ad cit. Cap. & §. lit. k.

Num. XXIX.

Sententia absolutoria in causa citationis ad vid. se declarari in pœnam Protectorio insertam. - ad cit. Cap. §. - - - - - - - 26. lit. c.

Num. XXX.

Mandati Executorialis è Camera Imp. Formula. ad cit. Cap. §. 26. - - - - - - lit. e.

Num. XXXI.

Literæ insinuatrices, queîs S. Cæsarea Maj. protectorium Rabenhauptio datum Serenissimo Hassiæ Landgravio notum facit. - - - ad C. VIII. §. 3.

Num. XXXII.

Protectorium cum inserto Conservatorio à LEOPOLDO Imp. Baroni de Plittersdorf datum Welß *d. 9. Sept. 1680.* - - - - - ad Cap. VIII. §. 4. b.

Num. XXXIII.

Conservatorium pendente lite Mandati de restit. relax. & non amplius offendendo concessum Civitati Liberæ Imp. D. contrà Principem O. d. 16. Jul. 1682. - ad loc. cit.

Num. XXXIV.

Conservatorium à Ferdinando III. Imp. ad Directores Circulorum Westph. & Sax. inf. pro Protectorio Bremensibus adversus Gubernatorem & Regimen Suecicum in Ducatu Bremensi concesso, emissum d. 25. April. anno 1654. - - - ad loc. cit.

Num. XXXV.

Conservatorium aliud à D. LEOPOLDO *Imp. ad Electores Mogunt. & Trevir. adversus Electorem Palatinum pro Vidua & Liberis de Sickingen emanatum d.* 10. *Jun.* 1660. - - - ibid. lit. e.

Num. XXXVI.

Literæ insinuatoriæ prædicti Conservatorii, ab Electoribus prælatè memoratis ad Electorem Palatinum, ceu partem adversam, missæ d. 30. *Dec.* 1662. - ibid.

Num. XXXVII.

Renovatio Cæsarea Conservatorii in causâ Sickingen *contra* Chur-Pfaltz *d.* 4. *Aug.* 1668. - - ibid.

Num. XXXVIII.

